ἀμαθιστέως sequens, mulieres reddi dixit indoctiores, sensu prorsus absurdo. Hinc excurret in adnotationibus ad longam commemorationem de pœnis adulterorum apud priscos, quæ huc non pertinet. Peccant vero in hoc vocabulo σάφρων reddendo sapius interpretes. ut in Hipparchico pag. 955, E. hæc verba Camerarius, πωλεῖν τοῖς μέγαν παρρησίαν, καὶ ἰσχυρῶς σάφρονέστερον, vertit ita: *Vt quisque talem equum vendere properaturus sit, & adisurus, ut sibi comparet moderatiorem.* Nimirum σάφρονέστερον, ad equum rettulit, quum antea ἵππος τοῖς, tales equos, non ἰσχυρῶς, equum talem, dixerit auctor, & σάφρονέστερον adverbij loco ponatur. Addit etiam in adnotationibus, non verum, non contumacem; vsumq; dicit Xenophontē pulcherrimo virtutis civilis nomine, quasi hanc scilicet equo tribuat. Absurda profecto sunt hæc, & ἰσχυρῶς σάφρονέστερον significat simpliciter, equos mercari prudentius, & maiore cum intelligentia. Sic pag. 227, B. παιδείας libro v r r r reperimus idem hoc vocabulum ita positum, ἐν πόλεσιν οἱ σάφρονες: hoc est, qui noticiam in urbibus aliquam habent, vel intelligentes, vel periti sunt regionum in urbibus. Henrico vero Stephano nihil heic respondendum arbitror, quia multis in medium adductis coniecturis, lectionibus variis, aliorum & suis interpretationibus, tamdein veluti mushærens in pice, seipsum explicare nequit, nec quidquam concludit. Meam hanc declarationem loci hæcenus obscuri posteriorem, non est, cur veram esse dubitare debeam.

* 73, D. Corrupta sunt istæc verba, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τὰ ἐλέγμεν. πάλαι ἔχομεν, ἔφαθ' οἱ χαλδαῖοι. Scripturam marginis a Budensi libro sumit Camerarius. Iuvat illa quidem nos aliquantulum, sed integre locum non restituit. Debet autem hoc modo restitui, νομίσει ἀσφαλιστέρον δὲ ἀσφαλῆ (ἢ), εἰρήνης γινόμενης, ἢ πλεμικωῦντες; ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τὰ ἐλέγμεν, οἱ τ' ἀπὸ ἔχουμεν, ἔφασαν οἱ χαλδαῖοι. Et hæc in versione verba expressimus.

82, E. Potiorem iudico adscriptam a me lectionem marginis ἡγήσασθαι, quam illud in textu ἡγήσασθαι. Placuit eadem Camerario.

83, B. Contextui verbum Xenophonticum πέπαθε restitui; reiecto ad marginem κέκασθε, quod glossa illius est, imperitia Librarij loco non debito posita. Solet autem sæpenumero verbis pœticis uti Xenophon, ut Hermogenes etiam monuit, in quorum numero πέπαθε habendum, ostendimus superius in catalogo glossarum, quas pro lectionibus variis H. Stephanus edidit.

* 84, C. Pro ἐξέσθησθε repono in ipso textu ἐξέσθησθε. Nam paullo post ait idem Xenophon noster, εἰς ἀπὸ ἐξέσθησθε αὐτοῖς. Huius autem ἐξέσθησθε scolion est illud ἀπὸ ἐξέσθησθε, quod itidem in margine reperitur: pro quo tandem librarij rudes ἐξέσθησθε scripserunt, & in ipsum contextum retulerunt.

* Ibid. E. Notavit H. Stephanus editione prioris, pro οὐτω δὲ ἐξέσθησθε τὰς μέλλοντας, &c. scribendum plenius, οὐτω δὲ ἐξέσθησθε καὶ τὰς μέλλοντας, idque Camerarius interpretando sequutus est. Ego scripturam origini propiorem arbitror, οὐτω δὲ ἐξέσθησθε, propter litterarum similitudinem; qua facile fieri potuit, ut illud δὲ a librariis ante ἐξέσθησθε ommitteretur. His autem exaratis, quum adlatam mihi editionem Stephani secundam inspi-

cerem: reperi verba eius, quibus inuentum scribit in quodam veteri libro verbum δὲ, ante ἐξέσθησθε; quod meam coniecturam tam adposite confirmare, mirabar. Et heic me nulla perinde, ut etiam in ceteris, fraude uti; nouit is, cui nota sunt omnia.

* 86, A. Vitiosa sunt hæc, οἱ μὲν δὲ τὸ ἐρημικὸν πορομαχουῦντες. Nam quide castrorum munitionibus propugnarent, in hoc quidem conflictu, nulli erant. Itaque scribendum videtur, οἱ μὲν δὲ τὸ ἐρημικὸν πορομαχουῦντες: ut intelligantur, qui de curribus in acie prima pugnabant, quo copias hostiles curruum suorum impetu dilicerent. Vix enim arbitror, ἐρημικὰ dixisse Xenophontem, quæ nunc munitiones plostales in re militari vocantur. Nam ita tunc ἀρμάτω dici non solebat. Camerarius quidem sic reddidit, ut eum ἀρμάτων reperisse suis in libris, non ἐρημικὰ, pareat: & hinc arbitror etiam H. Stephanum suam hausisse lectionem, quum ἀρμάτω vocem rectam esse notat, adsentiente quodam veteri libro, nimirum Budensi.

* Ibidem, C. Non reiicio temere lectionem hanc, πολλοὶ ἀπέκταναν; multos occiderunt. Sed quia repertum fuit in margine κατεσφάσσεν, prostrauerunt: arbitror hoc potius verbo Xenophontem vsum, ut paullo ante, ἡς πρῶτος ἀνδρα καὶ ἑκατά, quia primus virum deiecit; dixerat utens eiusdem significati verbo. Id autem κατεσφάσσεν scholiastes aliquis per ἀπέκταναν, verbum notius & vsitatus, exposuisse videtur. Et reuera congruit huic loco prosternendi verbum, quum prosterni plerumque magno numero soleant, qui præ hostium metu seiplos impediens, per aditum angustum in aliquem locum vel irrumperere poterant. Occupasse vero glossas in ipso contextu germanorum Xenophontis verborum loca, sapius & in superioribus animaduertimus ex glossarum catalogo, & deinceps ostensuri sumus. verbi gratia, pag. 91, A. B. quod adscriptum margine legebatur, ἐστὶν ἀπὸ πύργου, ad contextum pertinet; cuius alterum illud, εἰς ἀπὸ γὰρ πύργου, scholion est, vocula vsitatore declarans illam minus notam. Sic etiam pag. 93, A. ἐπέλασθε legitur, quod in margine positum, recipi debere in contextum aio; & vicissim verbum ἐκέλευσεν, habendum pro glossa, vel ea quoque de causa; quoniam alioqui breuissimo verborum ambitu, ter ἐκέλευσε reperitur, quod insuave lectu toties, verbo ἐπέλασθε semel interiecto, non nihil quasi conditur. Maluerunt autem non satis eruditi calligraphi, quæ sibi notiora viderentur, in contextum admittere; licet essent reuicæ glossæ; reiectis ad librorum margines obscurioribus. Huiusmodi multa licet apud Camerarium e libro Budensi obseruare, quæ suis pleraque locis notabimus. Exemplum quidem non leuis est momenti, & huc proprie pertinens, quod 95, B. legitur in nostris omnibus, οὐτοι δὲ χαμνοντων. Pro eo reperitur καίνε.

D prosternendi verbum, quum prosterni plerumque magno numero soleant, qui præ hostium metu seiplos impediens, per aditum angustum in aliquem locum vel irrumperere poterant. Occupasse vero glossas in ipso contextu germanorum Xenophontis verborum loca, sapius & in superioribus animaduertimus ex glossarum catalogo, & deinceps ostensuri sumus. verbi gratia, pag. 91, A. B. quod adscriptum margine legebatur, ἐστὶν ἀπὸ πύργου, ad contextum pertinet; cuius alterum illud, εἰς ἀπὸ γὰρ πύργου, scholion est, vocula vsitatore declarans illam minus notam. Sic etiam pag. 93, A. ἐπέλασθε legitur, quod in margine positum, recipi debere in contextum aio; & vicissim verbum ἐκέλευσεν, habendum pro glossa, vel ea quoque de causa; quoniam alioqui breuissimo verborum ambitu, ter ἐκέλευσε reperitur, quod insuave lectu toties, verbo ἐπέλασθε semel interiecto, non nihil quasi conditur. Maluerunt autem non satis eruditi calligraphi, quæ sibi notiora viderentur, in contextum admittere; licet essent reuicæ glossæ; reiectis ad librorum margines obscurioribus. Huiusmodi multa licet apud Camerarium e libro Budensi obseruare, quæ suis pleraque locis notabimus. Exemplum quidem non leuis est momenti, & huc proprie pertinens, quod 95, B. legitur in nostris omnibus, οὐτοι δὲ χαμνοντων. Pro eo reperitur καίνε.

E ἐστὶν ἀπὸ πύργου, ad contextum pertinet; cuius alterum illud, εἰς ἀπὸ γὰρ πύργου, scholion est, vocula vsitatore declarans illam minus notam. Sic etiam pag. 93, A. ἐπέλασθε legitur, quod in margine positum, recipi debere in contextum aio; & vicissim verbum ἐκέλευσεν, habendum pro glossa, vel ea quoque de causa; quoniam alioqui breuissimo verborum ambitu, ter ἐκέλευσε reperitur, quod insuave lectu toties, verbo ἐπέλασθε semel interiecto, non nihil quasi conditur. Maluerunt autem non satis eruditi calligraphi, quæ sibi notiora viderentur, in contextum admittere; licet essent reuicæ glossæ; reiectis ad librorum margines obscurioribus. Huiusmodi multa licet apud Camerarium e libro Budensi obseruare, quæ suis pleraque locis notabimus. Exemplum quidem non leuis est momenti, & huc proprie pertinens, quod 95, B. legitur in nostris omnibus, οὐτοι δὲ χαμνοντων. Pro eo reperitur καίνε.

F reiectis ad librorum margines obscurioribus. Huiusmodi multa licet apud Camerarium e libro Budensi obseruare, quæ suis pleraque locis notabimus. Exemplum quidem non leuis est momenti, & huc proprie pertinens, quod 95, B. legitur in nostris omnibus, οὐτοι δὲ χαμνοντων. Pro eo reperitur καίνε. in libro Budensi χαμνοντων. Id vero in contextum e margine, quum scholion esset, pro verbo Xenophonteo irrepsit: ideoque dicit eo loco Camerarius; χαμνοντων esse illius alterius χαμνοντων; minus vulgo noti verbi; interpretationem. Rursum idem bis occurrit pagina sequenti 96, B. vbi κατεσφάσσεν textus est, & ideo restitutum a me loco suo; χαμνοντων, marginis, ut scholion: ac ibid. C. pro χαμνοντων, repositui κατεσφάσσεν, in contextum; glossam vero huius, χαμνοντων, ad marginem

G χαμνοντων, minus vulgo noti verbi; interpretationem. Rursum idem bis occurrit pagina sequenti 96, B. vbi κατεσφάσσεν textus est, & ideo restitutum a me loco suo; χαμνοντων, marginis, ut scholion: ac ibid. C. pro χαμνοντων, repositui κατεσφάσσεν, in contextum; glossam vero huius, χαμνοντων, ad marginem

σάφρων
quid Xe-
nophonti.

πέπαθε.

ἐξέσθησθε.

κατεσφάσσεν
νύφιν προ-
ποκλίνας.

Glosse pro
verbi ge-
nuini.

καίνε.

κατεσφάσσεν

rettuli, quo pertinebat. Factum idem p. 99, D. & alibi semper fiet, quoties hæc inter se permutata deinceps occurrerint. Exemplum aliud est in exemplari Budensi, libro v παιδείας, pag. 128, C. vbi reperitur *περὶ ἡλίου* scriptum in modo nominato libro Budensi, rectius autem in nostris *περὶ ἡλίου*, *adcurrit*: cuius obscurioris alterū illud *περὶ ἡλίου* scholion est. Et in textum tamē hoc non recte irrepfit.

AD LIBRUM IIII DE INSTITVTIONE CYRI.

PAg. 89, C. Pro *ἰσού*, quod reiectum ad marginem vides, repositū ἐφ' ἰσάπων νέου, sicut in vetustis codicibus legitur. Atque hoc verbo *πονηροτέρω* vsus esse Xenophontem, mirabitur nemo, qui eius lectioni familiariter adfueuerit. In primis ei frequentia sunt Homericæ, de quorum numero etiam hoc est. Reperitur apud Homerum quum alibi, tum Vlyssæa libro, qui *Ξ* inscribitur, *ὅτι σπίνερα*. — Item Iliadis libro 11. — *οἰκόνδε νέεσσαι*.

91, A. pro *ὅτι*, recte me *ὅτι* substituisse arbitror. Hen. quidem Stephanus me sequutus est.

Ibidem, C. Pro *πῆς Σικελίας*, quod constanter habent omnes codices, aliud vel inuenit in libris suis Philelphus, vel confluxit. Facit enim *πῆς εἰλωσίων* mentionem. At hi prorsus serui erant, sicut & de v1 Athenæi, & 111 Pollucis, deque Platone, Thucydide, ceteris plurimis intelligere licet. Hircaniorum vero condicionem haudquaquam eiusmodi fuisse, satis adparet. Itaque cum Sciritis hos Xenophon confert, equites præsertim cum equibus. Eos Scirum incoluisse, Arcadum coloniam, epitome Stephani Byzantij prodidit. Et quia singularis horum virtus erat, adsciti fuerunt a Lacedæmoniis ad bellorum societatem; adeoque semper hi *σικελίῳ λόχῳ*, cohortem Sciriticam habuerunt, *ἢ περὶ Κανδωνεύουσα*, primo in periculis constitutum loco, quemadmodum Helychius ait, addens diserte, *λόχον* illum fuisse *αρκαδικόν*. Eorumdem infra quoque mentionem Xenophon, libro v Græcarum historiarum, facit.

Sciritis.

σικελίῳ λόχῳ.

οἰκίται.

Ibidem, D. Vtus est, meo quidem iudicio, *πονηροτέρω* hoc loco vocis *οἰκίται* significatione. Nam poëta, quemadmodum scripsit Pollux libri 111 capite v 111, capiunt eam *αὐτῶν οἰκίταιν*, pro domesticis, nō tantum scilicet pro seruis. Et Xenophon ipse subiicit, nationes Asiaticas secum domesticos in expeditionem sumere, *ἢ δ' αὖν οἰκίταιν*, hoc est familiam. Non autem soli serui *οἰκίται* *ἢ δ' ἡμεῖς*. Eadem vox hoc modo in 1111 *αἰαθῶσως* quoque bis inuenitur, ac posteriore loco inter *οἰκίταις* etiam filiusfamilias censetur. Item in v1 *αἰαθῶσως*. Immo *παιδείας* ipsius initio, pag. 1, B. vbi dicitur, *ἔχοντας ὀπίσθον οἰκίταις*. Nam in administratione domestica, de qua illic loquitur, mancipia sola non reperiuntur.

96, B. Adnotarat H. Stephanus pro *σωτωνώτα* legisse Philelphum *χολαιώτα*, qui vertisset, *Lente admodum incedebat*. Ego quia videbam *σωτωνώτα* quidem legi nō posse, *χολαιώτα* vero, quod ex coniectura Stephanus obtulit, lōgius ab altera illa voce recedere: putavi quam minima facta mutatione reponi posse *αἰωνώτα*. * Camerarius se in libro suo *σωτωνώτα* reperisse dicit, & vertit tamen, *minime festinanter*, quod plane non quadrat. Hen-

ricus autem Stephanus, more suo, meis inuidens coniecturis, vt eas supprimat; repertum, inquit editione posteriori, quibusdam in libris fuit *αἰωνώτα*, quod eandem cum *χολαιώτα* significationem habet. Quid facias cum homine, quem animi morbus ad fingendum ne quid grauius dicam, perpetuo impellit?

Ibidem, C. Notam huic loco punctorum adposui, qua significaretur, aliquid desiderari; quemadmodum cuius diligenter hæc consideranti licet animaduerrere. Fuerint autem illa, quæ defunt, huiusmodi fortasse quædam: *οἱ μὲν οὖν ἰσάπων νέου ἰκέλευσε τὸ στραπέδον, ἕως ἧς κοπίδας* cum ceteris, hoc est, *Equites ergo castra obsequitabant, & cum strictis copidibus, &c.* * Spectant enim hæc ad illud Cyri mandatum, paullo ante verbis his cōmemoratum a Xenophonte: *τὸς ἀρ' ἑαυτῶν ἰσάπων νέου ἰκέλευσε τὸ στραπέδον*. Henricus Stephanus, vt nodum in scirpo quarat, primum aliquid deesse negans, Camerarium & Gabrielium mihi obiicit, quorum

neuter aliquid desiderari animaduerrit. Ad hoc respondeat Stephanus ipse, qui ad locum libri *παιδείας* primi, p. 34, A. vbi similiter aliquid deesse notaueram: *Lenclauus*, inquit, *a ceteris interpretibus dissentiens, & acutius, quam illi, hoc in loco cernens, quod aliquid ei desit, veram lectionem coniectura nisi fallor, est consequutus*. Ergo nō est, quod heic mihi auctoritatem illorum opponat, quam ipsemet illic, nō posse melius aliquid perspicienti præiudicium adferre, statuit. Deinde remedium inuenit, quo huic loco cōsulat, *ἕως δὲ κοπίδας* scribendo.

Sed quam istæ abrupta oratio? quam mutila? *ἕως δὲ κοπίδας περὶ ἡλίου ἔχοντας, ὅτι πᾶσι περὶ αἰώνων*. Non enim hæc adnexa sunt præcedentibus, ideoque perquam ingrata est & hiulca versio Camerarij, dum verbis mutilis inhæret. Iulius autem Gabriellus voces quasdam adiecit, vt quæ defunt, expleret. Et quinam erant illi *ἕως κοπίδας ἔχοντας*, de quibus loquitur? Ad minimum deest *οἱ ἰσάπων*, equites, qui copides strictas in manibus habebant. Nec tamen id

quoque sufficit integrando loco. Videbat hoc Stephanus, ideoque recurrit ad mutationis paullo maiorem licentiam, dum scribi posse dicit, *οἱ μὲν οὖν πῆς κοπίδας ἔχοντας*, pro *τὸς ἧς κοπίδας*, prorsus illo *δὲ* reiecto & explorato. Addit etiam, incommodum hoc emergere de lectione mea, quod dicitur, *περὶ ἡλίου τὸ στραπέδον, circum castra vehebantur equites*, quum sequatur *περὶ αἰώνων, circumsteterunt*. At vero parebant Cyri mandato equites, *ὅς περὶ αἰώνων ἰκέλευσε τὸ στραπέδον, qui iussit equites circum castra vebi*, sicut ipse Xenophon his ipsis verbis vitur; ac deinde *οἱ πᾶσι περὶ αἰώνων, ordine instructi constituerunt*. Hæc eiusmodi sunt, vt prostratis H. Stephani arietibus infirmis euerti nequeant. Omnino *δὲ* vim talem habet, vt aliquid præcessisse, necessario fatendum sit. Cogitet ipse Stephanus de citato paullo ante loco pag. 34, A. vbi in his verbis, *τὴν περὶ διαγραφῶν*, quamuis nihil sequeretur, quod his responderet, *intactam se tamen uoculam reliquisse dicit, vt illa coniectura locum relinqueret, vestigia vera lectionis*

seruans; idque pro sua religione ac more tractandi libros veteres, ne temere quidquam nouet aut expungat. Idem heic faciat in *δὲ*, quæ difficiliter deleri potest, quam *π*, sæpius alioqui redundans.

Ibid. E. Equidem existimo, posse multo rectius hæc, *καὶ πῖναι ἔγω*, *ὅτι τᾶντις εἰκός* & cetera, legi; si dumtaxat in vno verbo, & in distinguendo, leuis

immuta-

1036
 immuta
 in tunc
 phai ai la
 va, & ce
 niam ai
 lxx toll
 colo co
 pretatio
 struere
 que po
 dantur,
 unum
 deretur.
 * 98,
 ante
 quam l
 propter
 que sic
 min, &
 huius m
 piora cu
 dicitur
 gligendo
 me decen
 tia, si sc
 pu min
 tias integ
 mirum h
 * 102,
 deesse ve
 χυμῶν π
 opinione
 τὸς ἧς
 est, qui
 flu. Fact
 10 Cyri,
 sit; si
 arma gest
 rarius ver
 ὅς περὶ
 si subinte
 phanus,
 phum alle
 Itaque vi
 se sentent
 * 105,
 tabat: sic
 su altero p
 tem v 11
 iam vit
 bimus in
 108,
 quam
 ca illud
 adprobat
 * 111 C
 ai δ' ian
 tem heic
 to huius p
 xian, q
 facto a
 feriant,
 dicunt. I
 pro gladi
 cis forma

immutatio fiat, tali quodam modo: καὶ πίνων γὰρ, ὅτι τῶν εἰκὸς μάλιστα παύσαν ἢ τῶν στρατοπέδων κατὰ λή-
 φθαι αὐτῶν, ὅτι τὸ ἀμφὶ συσκευασίαν ἔχον, ἐκέρυττε δὴ παρῆ-
 ναι, & cetera. Quod si quis pro γὰρ, ita legere malit, καὶ
 πίνων ὡς ἔγω, nimirum eadem erit ratio, modo post
 ἔχον tollatur πλεία σιγή, & vel cum commate, vel
 colo commutetur. * Camerarij vero hæc inter-
 pretatio, *Quod istud genus maxime omnium in ca-*
stris reliquum esse conveniat: indicio est, cum non
 κατὰ λήφθαι, sed κατὰ λείφθαι legisse. Retineri vtrum-
 que potest, sed ita tamen, ut paullo aliter hæc red-
 dantur, nempe sic: *Quod istud genus maxime o-*
mnium in castris nunc relictum esse, vero simile vi-
deretur.

* 98, D. In his, οὐκ αὖ ἀπέποντα ἡμῖν δοκοῖμεν ποιεῖν,
 ante ἀπέποντα procul dubio periit alia negatio,
 quam librarius imprudens omittendam putavit
 propter negationem οὐκ αὖ præcedentem: adeo-
 que sic illa scribenda, ἢ αὖ μὴ ἀπέποντα ἡμῖν δοκοῖμεν,
 ποιεῖν, & sic construenda, οὐκ αὖ δοκοῖμεν μὴ ἀπέποντα
 ἡμῖν ποιεῖν. Id vero magis perspicuum erit, si supe-
 riora cum his ita coniungantur; δεινὸν αὖ εἶναι, εἰ οὐκ αὖ
 δοκοῖμεν μὴ ἀπέποντα ἡμῖν ποιεῖν. *Mirum fuerit, si ne-*
gligendo divitias integras, non videamus nos mini-
me decencia facere. Nam alia profus est senten-
 tia, si scribas δεινὸν αὖ εἶναι, εἰ οὐκ αὖ δοκοῖμεν ἀπέποντα ἡ-
 μῖν ποιεῖν: hoc est, *mirum fuerit, si negligendo divi-*
tias integras, non videamus nos decencia facere. Ni-
 mirum hæc Hystaspæ menti contraria sunt.

* 102, E. Punctorum notis indicavi, aliquid
 deesse verbis his, τὸς δ' ἄρ' ἀδιδόντας ἀί-
 χμαλώτους ἐλάβετε. Fuerit autem hoc, mea quidem
 opinione, vox ὄπλα: sic ut integrari locus possit,
 τὸς δ' ἄρ' ἀδιδόντας τὰ ὄπλα, ἀίχμαλώτους ἐλάβετε: hoc
 est, *qui autem arma tradiderunt, eos captivos feci-*
stis. Facta vero fuit armorum traditio ex manda-
 to Cyri, qui, sicut est in narratione superiori, ius-
 sit; εἰ ἴνας σὺν ὄπλοις ἔξόντας ἰδοίην, κατακτείνω. *si quos*
arma gestantes exire viderent, eos occiderent. Came-
 rarius vertit, *Qui se tradiderunt*: ac si legisset, τὸς
 δ' ἄρ' ἀδιδόντας ἑαυτῶς. Parū sane grata fuerit oratio,
 si subintelligi hoc ipsum ἑαυτῶς debeat. Hen. Ste-
 phanus, cuius notas his exaratis inspexi, Philel-
 phum allegat, armorum mentionem facientem.
 Itaque videmus vtrumq; nobiscum in eadem ef-
 se sententia.

* 105, B. pro ἐπεκδήσῃ reponendum ἀπεκδήσῃ, ἀπο-
 cabar: sicut infra videmus scriptum in his, 107, B.
 ἀποκαθαινοῦντας τὸς ἰσθμίας: & rursum ibidem statim, ver-
 su altero post hunc, ὁ ἀποκαθαινὸν οὐ πὸς αὐτῶς. Libro au-
 tem VII ἐπιλωκῶν verbum hoc ἀποκαθαινὸν magis et-
 iam vitiose scriptum reperiemus ἀποκαθαινὸν, uti vide-
 bimus in notatis ad pag. 636, E.

108, A. Rectius legemus, ὡρὶν ὡς ἡμᾶς ἐλθεῖν,
 quam ἡμᾶς ἐλθεῖν, sicut paullo ante ὡς ἐμέ. Propter-
 ea illud ὡς ἡμᾶς ad marginem posui. H. Stephanus
 adprobat.

* 111 C. pro αἰδ' ἑαυτῶν habet liber Budensis,
 αἰδ' ἑαυτῶν, eodem vtrumque sensu. Obiter au-
 tem heic obseruandum, paullo ante, versu quar-
 to huius paginae, vocari a Xenophonte ψιλὰς μα-
 χήρας, quas κοπίδας alioqui dicere solet, nomine
 facto a κόπιον, quod ca sim hi gladij, non punctim
 feriant, propemodum ut sicam a secando nostri
 dicunt. Hac copidis voce Curtius etiam vsus est,
 pro gladio minus longo, leuiter incuruo, & fal-
 cis formam ex parte referente, cuiusmodi fue-

Quid ψι-
 λὰς μα-
 χήρας.
 κοπίς.
 σica.

runt olim gladij populorum orientalium, & sunt
 hodieque Persarum, Tatarorum, Turcorum, ce-
 terorum in his locis. Apud Arabes nomen eis est
 Seife, apud Turcos Kilitz, Græcis κοπίδες sunt, ut
 indicatum, Latinis sica, nisi fallor, Italis & Gal-
 lis cimitarra, Germanis sabeli, sicut & Bohemis
 a fabil, quod est interficere: Persis olim etiam a-
 cinaces. Ceterum ψιλὰς μαχήρας heic, non iam,
 ut olim, gladios nudos interpretor, sed gladios
 exiles. Camerarius etiam nudos reddidit, ac rati-
 onem adfert, ita nudos gladios dici, quemad-
 modum ψιλοὶ vocentur iidem in exercitu, qui &
 γυμνοὶ Xenophonti nostro & γυμνοί. Verum de
 his quoq; loquendo, ψιλοὶ sunt intelligendi, non
 nudi, sed quibus arma sunt exilia. Terram quoq;
 nudam adiicit a Græcis adpellari γῆν ψιλὴν, quod
 verum, si terram intelligamus arbores & filuas
 nullas habentem. Nam eleganter præterea γῆ ψι-
 λή, & γῆ ψιλὴ, priscis in glossariis exponitur & γῆ
 γολάρου & γῆ ψιλὴ, & terra vacua. Copidas
 autem vocari, quas heic nominat ψιλὰς μαχήρας,
 patet ex eo, quod libro V παιδείας, pag. 119, C. μέ-
 tionem horummet equitum faciens, copidas ge-
 stasse scribit, quibus exiles gladios antea tribuerat.

112, C. Sequutus sum lectionem librorum no-
 strorum hanc, αὐτῶς τὴν κατὰ γράσασθαι τὸ λέοντα, ἔστι
 δένου felici leonem conficiens. Budensis autem li-
 bri scriptura non inelegans, δυστυχῶς τὴν κατὰ γρά-
 σασθαι τὸ λέοντα, ἔστι infeliciter felici leonem conficiens,
 ad marginē a nobis adscripta, Camerario placuit.

* Ibidem, D. A verbo veteri Xenophonteo κα-
 τακτείνω, toties antehac reperto, non κατακτανών,
 quod heic legitur, sed κατακτανών deducitur. Id no-
 tare dumtaxat libuit, altero tamen minime re-
 lecto.

AD LIBRUM V DE INSTI-
 TUTIONE CYRI.

Ag. * 118, B. Prorsus hoc ἀι απόδοτον est, file-
 gas, ut hæctenus, ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὁ βασιλεὺς. Ni-
 hil enim sequitur, quod villo modo huc possit ac-
 commodari; quum aliquid tacite videamus in a-
 liis ἀι απόδοτις reperiri, quod prioribus respon-
 deat. Hæc me caussa mouet, ut omnino scriptum
 a Xenophonte iudicem: ἀλλ' ἐγὼ μὲν φημι, ὁ βασι-
 λεὺς. Quippe nec opus est alioquin illo ἔφη, quum
 præcellerit ἐλεξεν: & hoc modo plana oratio est,
 nullo indigens ad ἀι απόδοτον refugio. Vitiatæ scri-
 pturæ origo ex abbreviaturis. Henricus Stepha-
 nus post βασιλεὺς putat ex præcedentibus subau-
 diendum τὸ ἐμοὶ δοκοῦν ἔρω. Sed nihil tale in præce-
 dentibus exstat. Sensu quidem eius ἐγὼ φημι adtri-
 git, quod est in emendatione mea. Littera autem
 C. pro ἐγὼ γίνεται habet liber Budensis συζητήσεται,
 quod margini adiectum. Item littera B. pro ὁρῶμεν,
 in eodem est ἑαυτῶμεν, quod in versione sequi-
 tus sum.

119, E. pro οἰνεὺς αὐτῶν, legendum αἶψα, ut ad
 marginem notavi. * H. Stephanus probans, in
 textum recepit.

120, A. Notam adposui, quæ indicaretur, in his
 verbis, φέροντας οἶνον, ἀλευρα, διήεις δ' ἐλακίοντας, ali-
 quid deesse. Potest autem supplerilocus hoc quo-
 dam modo, πάντας ἐξήρη, διήεις μὲν φέροντας οἶνον, ἀλευ-
 ρα δ' ἄλλοις δ' ἐλακίοντας, &c. Exemplum simile de in-
 ceptis 164, D.

Seife. Fuller's Miscell. p. 118.
 Kilitz.
 Cimitarra.
 Sabel.
 Azinakis.

γῆ ψιλὴ.

* 122, A. In his verbis, ἐπιὶ κατενόησε ἢ μετενόησε ἢ οἴτων, hæctenus ἀπὸ δόξιν habuimus infanabile: quæque statim sequuntur, ἐπὶ οὐδενὶ γδ βρωμαί, vsque ad ἡμεῖς δὲ δόξα ἔστι; quidam παρενόησε longæ includerunt, quæ tamen nihil ad explicandam loci difficultatem prædest. Ego dumtaxat ante ἐπιὶ ἢ sublato puncto, siue πλεῖστα σιγή, & vnico illo ἐπιὶ ἢ, commutato in ἐπὶ δὲ, quæ sapius inter se permutantur, sic omnia restitui, vt nihil obscuritatis amplius superfit. De ἐπὶ δὲ ex ἐπὶ δὲ restituendo, habes exemplum inferius, ad pag. 204, B. & aliud ad pag. 338, E.

* 124, E. Legitur in omnibus, ἐκ πολλῶν καὶ πονηρῶν χημῶν, & a plerisque redditur, *Multis & malis rebus*. Equidem dum vocem λόζον, quæ præcedit, & ἀπορώπων, quæ sequitur, considero: facile animaduerto, χημῶν, quæ sunt siue res, siue pecuniæ, locum heic nullum habere; quum de tristibus & aduersis rebus heic sermo sit, quæ Græcis dicuntur ἀσχημάτα, non χημῶν. Nihil ergo magis idoneum præcedenti sequentiq; vocifuefit, quam si ἀσχημάτων, pro illo χημῶν, reponatur. Sic enim hæc tria sibi commodissime respondent, λόζον, τινιπυρες; ἀσχημάτω, res ipsæ tristes & aduersæ; ἀσχημάτων, vultus hominum trepidantium: de quibus & colligi, & augeti terror ac formido solet. Sic igitur apte voci vitiatæ remedium adlatum. Alioquin videri posset vocabulo χημῶν similius esse ἐπιὶ. Sed λόζον, quod præcessit, & ἀσχημάτα distingui nequeunt. Quod Philèphi scripturam adtinet, χημῶν legentis, pro ἀσχημάτων, vt mali perturbatorum colores intelligantur: per me quidem licet hæc retineat, qui vult. Nam mihi vix habere locum videtur; quum alij colores intelligi non possint, quam vultus; & statim vultus mentio subiiciatur, qui ab illis coloribus secerni nequit.

125, A. Lego pro ἀσχημάτων πότις ἀσχημάτων τὸ φρονήμα, fictamen, vt iudicium, vniciuique suum relinquam. * Camerarius quidem animaduertit, excitandi verbum deesse, verum id latere in ἀσχημάτων, si recte scriberetur, non deprehendit.

* 128, C. Sequutus sum lectionem vsitatam, τὸ ἡμετέρω φύλω, licet meliorem esse iudicem, quæ est in libro Budensi; τὸ ὑμετέρω φύλω, vt *& nationi vestra*, non ἡμετέρω nostræ.

* 130, D. m. E. Dico heic idem accidisse, quod superius aliquoties notatum. πῦτα τὰ ἐλάθηνα, vel ἐλάσθηνα, vt alij habent, textus est; πῦτα τὰ δὲ θῶν ἰόντα. scholij siue glossæ verba sunt. Nam ἐλάθηνα, voce vna respondet vocabulo præcedenti βαρυτάτω, seu quiniis perspicit. Camerarius quidem a nobis est, quum *leniora* posuit in textu, quæ scilicet ἐλάθηνα Græcis sunt.

* 131, B. pro istis, ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς, ὅππῃ τῆστις καὶ ἀγρῶν, plenior & rector libri Budensis est ista lectio; ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς, ὅππῃ τῆστις Σάκας ἀγρῶσαν. Nimirum post ἡμᾶς deerat plena distinctio, & vltimæ literæ vocis τῆστις, proxima, nimirum σ, cum α, perierat: vnde factum, vt Sacas heic prorsus amiserimus. Itidem versu post hunc altero, pro οὐ δὲ ὁ ἀγρῶν αὐτὸς, scribendum plenius, οὐ δὲ Ἀλλεῖνα ὁ ἀγρῶν αὐτὸς, ex eodem libro.

* Ibidem, D. Lectio marginis ἐγὼ δὲ τὸ ἐπίδω, pro qua nostri habet, παρεγγάτω ἐπίδω, haud inelegans est, ac libro Budensi deberet. Vtriusq; tamen scripturæ sensus ad idem recidit.

136, C. pro κινέμενος restituendum putat H. Ste-

A phanus κινέμενος. Ego minori cum mutatione κινέμενος repono. Nam eo verbo sape Xenophontem vti constat, sicut & ἀκούων, paullo post. Item Plato dixit, κινέμεται πρὸς σέ: & Euripides, λέγεις σὺ κινέμενῳ. H. Stephanus in textum deniq; recepit.

* 138, A. pro πῶ δὲ τὸ πολέμιον λέγει ἄγρῶν scribo & distingo sic, πῶ δὲ τὸ πολέμιον, λέγει ἄγρῶν, videlicet ἐκέλευσε. Vocem vero πῶ δὲ, non coniungo cum λέγει, sed illam præcedentem repeto, πῶ δὲ ὅππῃ τῶν τῶν πολέμιον ἐκέλευσε λέγει ἄγρῶν, ex hostium imperio prædam abigendam præcepit. Nā alioquin hostium prædam abducere, parum conuenienter dicitur, & ambigue.

* 139, B. pro εἰς αὐτὸν scribendum esse εἰς αὐτὸν, constat ex scholio marginis, εἰς ἀπολέση, quod tamen H. Stephanus pro diuersa lectione dedit. Iam statim sequitur, τὸ μέντοι ἐμὲ αὐτὸν, quod rectius scribitur τὸ μέντοι. Paret hoc manifestius, si cum his iungantur sequentia, τὸ μέντοι ἐμὲ αὐτὸν κρητῶν ἐσθλῶν.

* Ibidem, E. pro ἐν πῶς ἀφθονῶτα πῶς σραπύοιτο, rectius erit, ἐν πῶς ἀφθονῶτα πῶς σραπύοιτο, quod in versione sequutus sum, vt omnino fieri debuit.

* 140, C. Quod legitur heic ἀειμένους (cum intermediis) ἀκευφόροις, cōtrarium est proxime præcedentibus illis ἀμάξαις ἀκτεταμένας. Vt igitur hæc inuicem sibi respondeant, scribitor ἀειμένους ἀκευφόροις, in quo laxitatis apta loca inest significatio.

144, C. Adieci lectionem multo meliorem ad libri marginem, nimirum pro Μήδους τύπος scribendum, Μήδους, πῶτε παύσας αὐτὸς ἀνακίσειν.

A D LIBRVM VI DE INSTITVTIONE CYRI.

* Pag. 158, D. pro τὸ ὑπὸ βασιλεῖα βαρβαρῶν ἢ κατὰ Συρίας, legitur in Budensi libro, ἢ κατὰ Ἀσίας: non male quidem illo ἢ posteriore in ἢ mutato, sed non in idem Syria in Asiam. scribendum enim, ἢ κατὰ Συρίας.

* 162, C. In omnibus legitur, ἐξεπάτετε τὸς ἐφ' ὑμῶν, pro quo fortasse rectius τὸς ἐφ' ὑμῶν, sicut & antea verteram, *Interrogate illos, qui vobis parent*.

164, D. In hisce verbis, ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν ἢ . . . ἐπιχλόν, οἱ δὲ ὅππῃ ἐύλα, notam punctoῦ adieci, quod haud dubie desit, οἱ δὲ ante ὅππῃ χλόν, cui responderet οἱ δὲ ὅππῃ ἐύλα: sicut & supra indicatum, pag. 120, A. de ἀλλυς μὲ ἀμίσσο ante ἀλλυς δὲ, quod ibidem sequitur. Hoc quidem loco mihi H. Stephanus adsentiri se dicit expresse.

* 166, C. pro ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν ἀμφοῖν τὰ τετραεκοῖα στάδια, plane reponendum ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶν: vt ἐπὶ τῶν μὲ στάδια, sit occupare 40 stadia; quemadmodum statim subiicit, κατέχον χωρίον, verbo adfini, & heic idem significante. Alij simpliciter ἐχουσιν illi ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν substituant.

Ibidem, D. pro ἀλλ' ὅππῃ αὐτὸν εἰδέν, longe malim, ἀλλ' ὅππῃ αὐτὸν εἰδέν: *Nequaquam scire poterint*.

* 167, E. Quod pro κακωμένους ait Camerarius in veteri se libro suo reperisse μαλακωμένους, non nisi scholion est, siue glossa.

170, D. pro κατέχον σκοπᾶς reperitur in quibusdam κατέχον σκοπᾶς, in quo si transpositio fiat, ἐχον σκοπᾶς, rectius legetur.

Ibid. E. pro συνήθη κατ' αὐτῶν, rectius aliquanto legitur apud alios, συνήθη μετ' αὐτῶν: sed adhuc integrior est Budensis libri scriptura talis, συνήθη μετ' αὐτῶν, quam equidem sequutus sum.

AD LIBRUM VII DE INSTITUTIONE CYRI.

* Ag. 176, B. Editione priori notas heic inferueram cōtextui, quibus indicaretur, aliquid abesse. Id recta factum coniectura, nunc e libro Budensi constat; qui nobis etiam, quod deest, exhibet. Nam ita legendum, ἐξυτέρου ἔστι, (cum reliquis intermediis) ἢ τὰ ἐπανατιθέμενα κέραια. quod e quidem interpretando reddidi.

* 177, C. In versione lectionem vsitatam verbi B διαχωρήσει retinui, quod significare videtur, cedere de via se diuidendo. Liber autem Budensis habet verbum διαχάσαι, quod si corrigatur, Xenophōteum est, nimirum scribendo διαχάσαι. Et hoc quidem reponendum isto loco pro διαχωρήσει, quod scholion esse iudico. Nam verbo διαχάσαι Xenophon & alibi vsus est, in fine libri III ἀναβάσεως, 341, E. ἰδόντες αὐτὸς διαχάροντας, quum hostes se duas in partes scindere cōplexissent. Verbo autem διαχωρῆν, alio prorsus sensu est vsus Xenophon sequenti pagina 342, B. καὶ τὸ διαχωρῆν αὐτῶν, abscessus per inferiora fiebat.

* 178, C. Vitiosa sunt illa, εἰς τὸ πρῶτον παροῦστος, εἰ μὴ εἰς τὸ ὄπισθεν, & cet. pro quibus reponendum e libro Budensi, εἰς τὸ πρῶτον παροῦστος, ἢ εἰς τὸ ὄπισθεν, cū sequentibus. Quod autē paullo post legitur, 179, A. εἰ πῆ καὶ ἄλλοι μὲνοι ἦσαν πολέμιον, καὶ μάχοιτο, retinere volui, licet haud ignorare, in eodem Budensi hanc esse scripturam, εἰ πῆ καὶ ἄλλοι μένοντες πολέμιον. quæ recta si esse debeat, etiam μάχοιτο mutandum D in μάχοντο.

* 181, B. Non ita scribi debet hic locus, μένοντες ἢ πῆ ὄπισθεν, παρήχθηεν ἀεὶσσοπιῆσαι, sed rectius hoc modo; μένοντες ὅτι πῆ ὄπισθεν παρήχθηεν, καὶ ἀεὶσσοπιῆσαι, distinctione mutata, & copula καὶ adiecta, quam Budensis etiam liber habet.

Ibid. E. Post ἡξοισι punctōrū notas posui, quod deesse φέρωντες adhibere. * Hęc editione prima Henricus autem Stephanus post me deficere aliquid, adscripsit margini; non tamen, quid desit, exprimens diferte. Intuenti vero mihi locum hunc diligentius lucubratione tertia, mutatione verbi vnius ei posse consuli visum est; nimirum vt pro οἱ εἰς τὸ πρῶτον παρῶν, ὅ, πρῶτον ἐνθάδε καλόν, rectius scribatur, οἱ εἰς τὸ πρῶτον παρῶν, ὅ, πρῶτον ἐνθάδε καλόν. Sic nihil omnino deficit.

182, A. Pro ἔγωγο dico scribendum ἔγων, contra librorum omnium auctoritatem, ac ipsius etiam Philelphi. Sequitur enim, πῆ πω. posteaquam adgnoui, mitto.

* 183, A. Sequutus sum elegantē libri Budensis scripturam hanc, ἀποκρίθη ὁ κοπιῶν ὑπὸ τῷ αἰγυπτιῶν, quod in aliis est ὑπὸ τῷ αἰγυπτιῶν. sed potius tamen fuerit ὑπὸ πω, quam illud ὑπὸ τῷ. Non minus elegans est, quod in eodem paullo post, litera B. pro ὅ, πω ποίησαι legitur πῆ ποίησαι. sensu liquido & apto; itemque litera C. pro ἀξίως ἡμῶν, ex dignitate nostra, potius ἀξίως ὑμῶν, ex dignitate vestra, scilicet Abradatis & Panthæ.

186, A. Vitiosa sunt ista, καὶ ἰὼ τὸ μῆμα μέχρι τῶ νεῦ ἢ εὐνύχων κεχῶσαι λέγει. Nam post μέχρι, temere illa τῶ νεῦ, repetita de superioribus, irreplere. Sensus est is, quem reddendo expressimus. μέχρι τῶ εὐνύχων nihil est aliud, quam si dicas, vsq; ad locum, quo eunuchi se singularant. Absunt hæc quidem a libro Budensi, qui paullo post, litera C. pro εἰρήσων

A nobis offert καπερίσων, significati verbum plenioris, quod pro consueta vanitate se dicit H. Stephanus inuenisse quodam in exemplari, scilicet Camerariano, numquam ab se viso: & sequenti versu, A δουσιον ὃ ἀδρα Πέρσαι, qui pro Cadusio, recte quidem admitteretur, etiam adficiente Camera-rio; quum hoc viro Persæ proprium nomen fuerit, illud genti.

* Ibidem. pro εὐνύχων, in contextum recepi σκηπτήρων, reiecto illo εὐνύχων ad marginem, ceu scholio; quo significatur, sceptrigeros Xenophonti esse eunuchos, quod omnino verum est. Sic enim & infra legimus, libro II ἀναβάσεως, 266, B. πρῶτος αὐτῶν τῶ σκηπτήρων θεράπων: & libro παιδείας VIII, pag. 206, A. συμπαρακλήθῃ καὶ εἰς τῶν τῶ θεῶν σὺς πρῶτος αὐτῶν σκηπτήρων: ad hanc venationem sceptrigeros etiam suos inuocabat. Eodem vero libro, p. 215, C. ait, οἱ πρῶτος αὐτῶν σκηπτήροι. Solet autem adparitores intelligere Xenophon, quum dicit οἱ πρῶτος αὐτῶν, quos antea in bello nominarat ὑπαρίτας, vocabulo proprie adparitores significante lingua Latina, quum Gallica & Italica dicantur in castris hodie sergenti, Germanica Webeli. Notandum & hoc, quod Cyrus Gadatam σκηπτήρων hęc præfecerit, eunuchum scilicet eunuchis: vt libro παιδείας VIII legitur, pag. 220, C. Vidimus & ipsi coram Constantinopoli ad portam Ofinaneam eunuchos in illius Sultani feraio, vere σκηπτήρων siue sceptrigeros esse, more de Persis hoc antiquissimo a Turcis vsurpato; quos in Perside diu fuisse, nostris in prolegomenis historia Musulmana, atque alibi, prolixius ostendimus. Gestant enim scepra, quæ dignitatis & officiorum insignia sunt, vt apud Romanos fasces, apud Græcos imperatores Christianos recentiores baculi, qui lingua Græcorum σκηπτήρων adpellationem habent, quemadmodum in Pandectæ nostro rerum Turcicarum hæc pluribus declarata videre licet, capite 173. & 199. Atque hi baculi apud nos quoque conspiciuntur adhuc hodie in mœnibus tribunorum, & aliorum officialium militarium, etiam adparitorum, quos sergentes nunc vocari diximus. Xenophon quidem noster libro II ἀναβάσεως, 279, B. Clearchum, tamquam prætorem, vel tribunum militum, βακτηριαν in manu gestasse narrat; quæ σκηπτήρων illud est, & plane baculus. Sed de his satis heic, & alibi plura.

* 186, E. Equidem scripturam hanc, εἰσῆλατο εἰς τὸ πῆ, priori editione retinui, quum Philelphum reddidisse viderem, castella insiluit. Ipse vero tunc interpretatus sum, Castella cum equitatu ingressus est: dissimulata lectione, quam in hoc sequutus essem. Eam vero nunc fatebor, videri mihi commodiorem ac veriore illa priore εἰσῆλατο, nimirum εἰσῆλασε. Nam insilire in arcem cum exercitu, alienum a nostri Xenophontis ἀφελεία: & præferim, quum Adusio Cyrum in equitatus Persicæ noua illa copia concessisse cohortes equitum, quibus vteretur, vero sit consentaneum; verbo εἰσελάουσαν vsus videtur Xenophon, quod equitatu præcipue conuenit. At εἰσελάουσαν εἰς τὰ πῆ, nec de copiis equestribus dici potest, nec de pedestribus; extra munitionum expugnationes, quæ locum heic nullum habet, Adusio in arces vltro admissio. Confirmat vero hanc sententiā meā adscriptum a me margini verbum εἰσῆλθον εἰς τὰ πῆ, ingressus est in castella: quod pariter & equitibus, & pedi-

* 186, E. Equidem scripturam hanc, εἰσῆλατο εἰς τὸ πῆ, priori editione retinui, quum Philelphum reddidisse viderem, castella insiluit. Ipse vero tunc interpretatus sum, Castella cum equitatu ingressus est: dissimulata lectione, quam in hoc sequutus essem. Eam vero nunc fatebor, videri mihi commodiorem ac veriore illa priore εἰσῆλατο, nimirum εἰσῆλασε. Nam insilire in arcem cum exercitu, alienum a nostri Xenophontis ἀφελεία: & præferim, quum Adusio Cyrum in equitatus Persicæ noua illa copia concessisse cohortes equitum, quibus vteretur, vero sit consentaneum; verbo εἰσελάουσαν vsus videtur Xenophon, quod equitatu præcipue conuenit. At εἰσελάουσαν εἰς τὰ πῆ, nec de copiis equestribus dici potest, nec de pedestribus; extra munitionum expugnationes, quæ locum heic nullum habet, Adusio in arces vltro admissio. Confirmat vero hanc sententiā meā adscriptum a me margini verbum εἰσῆλθον εἰς τὰ πῆ, ingressus est in castella: quod pariter & equitibus, & pedi-

διαχωρήσει. φράσεις αὐτῶν.

διαχωρῆν alia significatione.

σκηπτήρων

οἱ πρῶτος αὐτῶν κῦροι, ὑπαρίτας, adparitores, sergenti, Webel.

Eunuchi adhuc apud Sultanicum sceptri gerunt.

σκηπτήρων, baculi, Pandectæ Turcicæ.

βακτηρία, baculus tribuni. Vide notata ad pag. 279, B. infra.

tibus conuenit. Est autem Budensis hac librillectio, cuius illud εἰσελάθεν, dubio procul est nostrialterius εἰσήλασε scholion siue glossa.

* 188, B. Non sequutus sum scripturam librorum editorum, ὅπως εἰδέναι ἔβη δὴ πρὸ πῶν εἶπε σὼα αὐτοῖς ἀποδιδόν, εἶπε μὴ: sed integriorem hanc Budensis, ἔβη δὴ πρὸ πῶν οἶτε σὼα αὐτοῖς ἀποδιδόν, οἶτε μὴ. Nam alterum illud εἶτε cum δὴ πρὸ πῶν vocabulo non conuenienter iungitur, vt hoc posterius.

* Ibidem. Vix placere potest, πάντα πειραμένους ποιεῖν ὅ, π ὠνόμα ἀπὸ χριεῖδης. Nam illud ὅ, π non respondet precedenti πάντα, nisi certo quodam respectu: sicut nec illud, si legas, ὅ λιν, quod tamen tolerabilius. At vero si scribatur εἶπε, hoc modo, πάντα πειραμένους ποιεῖν, εἶπε ὠνόμα ἀπὸ χριεῖδης, fuerit hoc dubio procul integrius: sicut & infra loquitur, ὡς εἶπε ἔπιμα, εἶπε ποτε δὴ χριεῖδης.

* 191, D. Aliud est, si dicas, φεύγειν τὰ γὰρ τὸς ἀπὸ οἰκῶν, quod heic legitur; aliud, φεύγειν τὰ γὰρ αὐτοῖς ἀπὸ οἰκῶν. Prius illud vix locum habere potest, licet in editis haec tenus, omnibus reperitur: alterum aptissimum huic esse loco, non est cur dubitem.

* Ibidem, E. Heic aliquid abesse, de verbis hifce quæ sequuntur, οὐδὲν αὖ εἶν θανμασόν, colligi videbatur mihi, quum Xenophontem meum primum darem. Nec aliter quidem existimari de hoc loco potest, idem & H. Stephano fatente, si lectionem hanc, & distinctionem retineamus: οὐδὲν αὖ εἶν θανμασόν· ὅ δ' ἀκλῆσαι αἰ πύλαι αἰ τῆ βασιλείου. Nimirum post θανμασόν reperitur in omnibus distinctione plena, periodum claudens; & inchoatur alia statim periodus ab iis, quæ sequuntur. Sed mihi nunc verba Xenophontis accuratius intuenti, vera se offert huiusmodi totius loci lectio: οὐδὲν αὖ εἶν θανμασόν, εἶπε εἰεν ἀκλῆσαι αἰ πύλαι αἰ τῆ βασιλείου, ὡς ἐν κόμῳ γὰρ δοκεῖ ἢ πόλις πᾶσα εἶν τῆ τῆ νικη. Sic integra sunt omnia, pro καὶ γὰρ succedente εἰ καὶ εἶεν: ac deinde pro δοκεῖ γὰρ, nuda transpositione, γὰρ δοκεῖ, facta. Sic etiam non opus est illa vocum ingrata repetitione, αἰ πύλαι αἰ τῆ βασιλείου, ὡς ἐν κόμῳ ἐν κόμῳ δοκεῖ γὰρ & cet. quam nobis H. Stephanus obtulit. Tandem & Camerarium consului, qui meam emendationem in prioribus confirmans, aliam exhibet in iis, quæ sequuntur, hanc lectionem: καμοδοκεῖ γὰρ ἢ πόλις πᾶσα τῆ τῆ νικη· quam defendat, qui uolet, aut poterit. verbum quidem καμοδοκεῖν mihi per videtur ignotum, nec illis simile, καραδοκεῖν & δωροδοκεῖν, quæ tuendi eius causa Camerarius adfert. Notum enim, quæ horum origo sit.

* 192, A. Rectius illud, οἱ δ' ἐφένον ὡδὴν εἶπε, scriptum in veteri libro suo reperit Camerarius, ἐφένον ὡδὴν εἶπε. Quod autem vltimo versu sequitur, ἰπειασπῆοισιν αὐτοῖς πῖνοισι πᾶς φῶς πᾶν, Camerarius his verbis reddidit, *Faciunt in illos potantes ad lumen ingens impetum.* Ego, licet ignorare non debeam, φῶς esse lumen; interpretari tamen heic aliter istud de industria volui, hoc quodam modo: *Irruunt in eos ad ignem luculentum potantes.* Nam in itinere meo Turcico cum Græcis ad focum, pro gentis consuetudine sedens, & prandens illic, itidemque more Græcico συμπίνειν πᾶς φῶς πᾶν, quemadmodum heic Xenophon loquitur, significare φῶς, etiam ignem intellexi, qui lucem de se præbet. Ac primum quidem hoc a sene quodam Græco Chalcedone in Asia, (non illa vulgò existimata, quæ prisca Chrysolis est, recentioribus Scutarium, Turcis schudar, sed vera) didicisse

φῶς, ignis lingua recentiori, & veteri.

Græcorum συμπίνειν. Chalcedon. Scutarium. Chrysolis.

recordor: præsentem Hieronymo Arconato, viro optimo & amicissimo, nunc Cæsari nostro a secretis bellicis castrensibus, qui linguam Græcorum recentiore notat, quod in Creta siue Candia prius militasset. Id vero vocis huius significatum Græcos hodiernos a maioribus suis accepisse, quemadmodum & alia vocum aliarum vulgo nobis ignota, non est cur dubitemus. Sic & in lacris, Marci xiiii capite legimus de Petro, ἡερμαυνομένους πᾶς πῶς, *se calefaciens ad ignem.* quo sane loco reddi nequit, *Se calefaciens ad lumen.*

Rursum Lucae xxii. ἰδοὺ καθήμενον πᾶς πῶς, *quum ad ignem sedentem conspexisset.* Sic itidem Xenophon noster alibi, libro ἀναβάσεως vii, pag. 400, C. δὲ πῶς καταφανῆς εἶεν, *conspicui essent propter ignem,* qui videlicet de se lucem spargit. Præcessit enim, ὅτι τὰ πρὸς πᾶς κακαυμένα εἶν τῶ σέδη, *quod ea de causa Sentes rogos & ignes accendisset.*

* 193, B. An rectum sit, ὡς ὀπῆσαι ἀπὸ φθόνου, pro *quam minima cum inuidia;* considerent eruditi. Comparemus ad illud scripturam hanc, ὡς ὀπῆσαι ἀπὸ φθόνου, & insigne discrimen videbimus. Mihi quidem posterius hoc probatur.

195, C. Reprehendit Philelphum H. Stephanus, qui non recte verbum εἰσελάθεν verterit. Ego vero multo rectius legisse Philelphum arbitror, quam vel Budæus, vel H. Stephanus existimant; nimirum εἰσελάθεν, *manu prehendisti,* quod videbunt facile qui diligenter locum inspicient. * Henquidem Stephanus, mutata lententia, meumque secutus iudicium, deinceps εἰσελάθεν in contextum recepit; licet nomen in adnotationibus meum silentio prætereant. Tandem & ad sensum libri Budensis reperimus.

* 197, B. Notauit ad ista, ὅτι τῆ φῶς εἶπε, H. Stephanus in margine prioris editionis hæc verba, velut diuersam lectionem ἰπὸ τῆ χριεῖδης εἶν: quum nihil sint hæc aliud, quam scholiolum, declarando verbo inustatori φῶς. Idem factum & a Cameratio, qui addit, non immerito scripturam verbi φῶς in eruditibus suspectam esse. Mihi vero purum putum hoc verbum Xenophonticum est, cui de significatione φῶς quiddam inest, quam Cicero tranquillitatem dixit. Atque hinc videre licet, id

verum esse, quod aliquoties ostendi; glossas apud hunc scriptorem occupasse multis in locis ipsas verborum genuinorum ac veterum sedes; quæ propter insolentiam calligraphis imperitis haud placerent. Ait enim Camerarius, in suo quoque libro manu exarato fuisse verbum φῶς sede sua motum; eiusque loco scholiolum illud, quod indicauimus, repositum: Ne quis vero dubitet, recte me iudicare de hoc & aliis scholiolis; consideret hæc ipsa pagina; littera D. scholion aliud, quod vocabulum ἀπὸ φθόνου, explicatur per ἀπὸ φθόνου. Quis, nisi dormitans, aut cæcus, haud perspicit, hanc esse glossam? Acutus tamen ille laborum hypocauisticorum flagellator H. Stephanus pro lectione diuersa dedit. Sed vel inuitum abducendum arbitror in aliquod hypocaustum Germanicum, ne cerebrum ei præ frigore profus torpescat. Quam enim hoc frigiditatis iudicij, quod ad φῶς editioni priori diuersam illam lectionem, quam glossam esse ostendimus, adscripserit: editione vero posteriori profus idem φῶς e textu profligari; ac ne margine quidem dignum censuerit; illa, quam exposui, glossa in textum recepta. Nimis hoc temerarium, Aristarcho

Glosse pro germanis verbis posita.

Modus adhibendus in censuris veterum.

1044
che. V
nume
starch
vsurpa
tro &
tate id
bito.
randa
profe
multa
bellis
legom
bis. Ar
sionem
not at
non pro
te in X
nimiru
tur? Na
monum
starchu
set? Ha
debis;
cum, se
redea;
qui vigi
orname
Perfaru
dem in
sed pot
rili resti
tia libr
vindican
pter info
runt, ac
ciderunt
mo ne
sauro in
197,
Nam ver
tur id qu
conueni
est, in q
intermitt
AD
P. Ag.
bas.
Steph
dem, sed
distincti
cum sub
vocem v
antiquis
rius ad p
ratione l
hoc, vt a
214,
quitur.
ipsa poste

che. Vbi nunc illa tua in tractandis veterum monumentis religio? vbi timiditas? Satis tibi sit, Aristarcho nouo, censuram in quosuis interpretes vsurpare: cuius tamen ius an tibi, qui te pro arbitro & iudice nulla munitum agnoscunt auctoritate idonea, semper concessuri sint, equidem dubito. Ad magnos saltim illos antiquitatis veneranda scriptores ne progreditor. Non mirum profecto, quamdam inter Xenophontem & te similitudinem obortam, propter quam in illis tuis bellis & *αὐλικώτατις* ad editionem secundam prolegomenis, cum eo tibi redeundum in gratiam scribis. An scilicet ille non aegre ferat, abs te per irrationem dici; cauendum ei, ne irrideatur a Luciano? at quali viro, si cum Xenophonte conferatur? non proditum abs te indignetur, animaduertisse te in Xenophonte, quæ tali sint indigna scriptore, nimirum illo, cuius ore Musæ loquuta perhibentur? Non Aristarchum te nouum expungere de monumentis suis moleste ferat, quæ priscus Aristarchus ille censuris suis adtingere non ausus esset? Hæc si tecum expendes, habere te causas videbis; ob quas non per iocum quemdam aulicum, sed plane serio cum Xenophonte in gratiam redeas; ac *σωφρονέστερον πῶς* in eo te geras auctore, qui vigiliis ceteroquin tuis multum debet, nec ornamenti parum; vt ingratitudini ex instituto Persarum infestus, vicissim tibi conciliauit. Equidem in huiusmodi audacia neminem imitabor, sed potius enitar, vt etiam Xenophonti ea pro virili restituam, quæ temporum iniuriis, & incertitia librorum amisit: vt suis locis deinceps ei me vindicare parebit, quæ ob causas indicatas, & propter insolentiam, de libris eius exturbata, perierunt, ac possessionis antiquæ iure immerenter exciderunt; licet nusquam in lexicis nostrorum, immo ne quidem in illo *πληνὴ μὲν* H. Stephani thesauro inueniantur.

197, D. Pro *μηνύσσει* legit Philelphus *ἀνύσσει*. Nam verbo perficiendi vsus est in versione. Videtur id quidem cum oratione sequenti non male conuenire, * sed libri Camerariani lectio melior est, in quo pro *μηνύσσει* scriptum *μὴ ἀνήσσει*, non *intermitterent exercitationes*.

AD LIBRUM VIII DE INSTITVTIONE CYRI.

PAG. 204, B. Sic legitur in libris editis omnibus, *ἐπεδείκνυεν ἑαυτὸν ἀπονομιῶντα ἐν τῷ τῷ ἄρχοντι*. ἐπὶ δὲ εὐδαιμονέστερον *ἴω*, καὶ πῶτε *πῶτε*. Hic primum H. Stephanus & Brodæus alia relinquunt, solum *εὐδαιμονέστερον* mutant in *εὐδαιμονέστερος*. Recte id quidem, sed elegantius lectum iri locum arbitror, si distinctio plena post *ἄρχοντι* tollatur, & in eius locum substituaturs comma, mutato *ἐπὶ δὲ* in *ἐπειδή* vocem vnā, quo in genere frequenter in libris antiquis peccari animaduerti, & exemplum superioris ad pag. 122, A. notatum reperitur. Hac igitur ratione locus integer legetur: *Ἐπεὶ τὸς θεοῦ μῆδον ἐπεδείκνυεν ἑαυτὸν ἀπονομιῶντα ἐν τῷ τῷ ἄρχοντι*, ἐπὶ δὲ εὐδαιμονέστερος *ἴω*. καὶ πῶτε cum ceteris. H. Stephanus hoc, vt a me fuerat emendatum, in textum recepit.

214, B. Pro *καίσαρ* ἢ πῶς ἐφίππειοις, restituo *καίσαρ*; ἢ τὸς δὲ τὸς ἐφίππειοις. Nam ea vox paullo post sequitur. * [Henr. Stephanus, a me monitus, hæc ipsa posterioris editionis margini adscripsit.] At-

que vt hoc etiam addam, *καίσαρ* Hefychius interpretatur *ἀμφιπέπηται καὶ πλωπῶ*, quod idcirco adicio, quia *καίσαρ* Philelphus interpretatur amictus.

* Hæc editione priori. Nunc addo; posteriori Xenophontis loco, quo *πῶτε* *δύω* *καίσαρ* dixit; Camerarium *amicula*, Iulium Gabrieliū simpliciter *vestes* interpretatum. Ego relicta Hefychij auctoritate, ad Iulij Pollucis sententiam nunc potius accedo; qui *καίσαρ* esse scripsit *ἵππικὸν χιτῶνα*, tunicā equestrem. Itaq; Xenophonti *καίσαρ* significare saga militum equestria, non dubito; eaq; de causa iam sic interpretatus sum. Saga etiam ab hoc *καίσαρ* deriuari per *μετὰ θεῶν* quamdam, existimare quis possit. Cafacas Galli & Hispani vocant, Italis *cafachi* sunt, & *cafachini*, (*cafaki* & *cafakini* ab ipsis pronuntiantur) posteriore *ἵπποκαστικῶς* sic efficto: quæ nomina videntur ab hoc Græco *καίσαρ* manasse. Quod autem putant aliqui discrimen inter *ἵππικὸν χιτῶνα*, & *ἐφίππειον* esse; tantum certe non est, vt huic meæ sententiæ de sagis militaribus officere possit. Etenim accipimus *ἵππικὸν χιτῶνα* pro saga simpliciter equestri, hoc est, quo equites, quo modo libet, vtuntur: *ἐφίππειον* vero, paullo restrictius, de illo, cuius vsus in equo est.

Ibidem, D. An *δηρότες* cum *δειρόσι*, quod sequitur, eiusdem sit originis, dispiciendum arbitror, * Mihi quidem sequens hoc verbum *δαιρόσι*, occasione præbuit; vt margini *δειρότες* adscriberem.

Ibid. E. Rectior est non nihil ad marginem a me notata lectio, *πολλῶν* (cum intermediis) *μῆδων*, quam altera *πολλῶν μῆδων*. * Sed aptior adhuc Budentis hæc libri, *πολύτῶν* (cum interiectis) *μῆδων*. vnde H. Stephanus eam in contextum editione secunda transtulit.

215, C. Hactenus in omnibus editionibus legebatur *ῥαβδῶ πῶς ἱματίοις καταπεπλεγμένοι*, [* etiam in H. Stephani priore] diuiso *ῥαβδῶ* voce a *πῶς ἱματίοις*. Verum ex Philelphi versione colligi debuerat, legendum esse *ῥαβδῶ πῶς*: quod sane quid sit, licet apud Pollucem, Hefychium, ceteros quæras.

* 216, C. Quæ verba nostris in editionibus existant *ὡς δὲ ὑστερον κληθεὶς αὐτῶν, πρὸς αὐτὰ ὑπέκουσε, πρὸς ἡλασεν ὁ Κύρος, καὶ ἵππον*, & cetera; sic in libro suo se reperisse scripta notat Camerarius, ὃ ἕστερος κληθεὶς αὐτῶν, πρὸς αὐτὰ πρὸς ἡλασε. καὶ ὁ Κύρος ἵππον αὐτὰ ἔδωκε, cum reliquis. Probat hanc ipse scripturam, & ego non improbatam expressi. Non enim est vero simile, Cyrum ad istum cum suo curru aduectum fuisse. Verbum autē *ὑπέκουσε*, quum scholion esset, adscriptum verbo *πρὸς ἡλασεν*, quo significaretur, illum adequitando paruisse, in textum ab imperito calligrapho relatum.

* 217, A. pro *κάν μύων*, quod tamen vt vitiosum reuici nequit, si commodior est scriptura libri Budentis hæc, *κάν καμύων*, iuxta Camerarium: forsitan etiam versu post hunc quinto pro *καταμύων*, reponendum sit *καμύων*. Rursum quod sequitur *πρὸς ἡλασεν πῶς πεταμένον πρὸς τῷ Κύρου*, docet Camerarius in libro suo ita scriptum, *πρὸς ἡλασεν πῶς (potius fortasse πρὸς ἡλασεν πῶς) τακτικὸν ὑπὸ Κύρου*. Ego vsitata retinui, & verti. Arbitror autem illud *πῶς τακτικὸν ὑπὸ Κύρου* esse glossam alicuius recentioris declarantis alterum *πῶς πεταμένον*. Solent enim Græci posteriores vt voce *τακτικῶν* non solum de rebus militaribus; verum etiam de mandatis in genere, quæ aliquem ad ordinem spectant.

*καίσαρ, ἰά-
petes vil-
lofi.*

*καίσαρ, ἰ-
lio signifi-
cato.*

Saga.

*Cafaca.
Cafachi
Cafachi-
ni.*

*ἵππικὸς
χιτῶν,
ἐφίππειος.*

Ibidem, D. pro μη μετ' ἑμὶν σοὶ τ' ἑμῆς δωρεάς, quod perspicue vitiosum est, reponendum μη μετ' ἑμὶν σοὶ τ' ἑμῆς δωρεάς. Non enim hoc Pheraulis, sed illius Sacae, Pheraui datum, munus erat; cuius vt Sacam non pœniteret, optabat Pheraules.

* 217, E. In textu hactenus erat ἕξ ταξίαι in margine ἕξ ταξιῶσαι. Putabam initio, verbum hoc ἕξ ταξιῶσαι nouum, & Græciæ recentioris esse. Verum vbi deinde cogitarem de quodam loco libri v ἱλλυκῶν, sub initium eius libri, in oratione Polydamantris de Iafone Phereo: plane diuersam in sententiam veni, verbumque ἕξ ταξιῶσαι germane Xenophonticum esse deprehendi, & in ipsum contextum haud dubie recipiendum, quantumvis aduersaturi essent aliqui propterea, quod in nullis lexicis nostrorum reperitur. Nam indicato loco, p. 181, A. vtitur verbo ταξιῶσαι Xenophon, quam ait, ὅταν ταξιῶσαι Θεσσαλία: & rursus ibidem, littera E. ὅταν ταξιῶσαι περὶ Θεσσαλίας. Item rursus 183, C. ἐπεὶ μετ' ἑμῶν ταξιῶσαι, διέταξεν ἱπποκῶν τε καὶ ὀπλιτικῶν: vbi vides vtumque verbum, ταξιῶσαι & ἕξ ταξιῶσαι, ita coniungi, vt amborum ad fine significatum, & discrimen, quod inter ea sane non admodum magnum est, percipi facile possit. Significat enim ταξιῶσαι, munus ordinatoris rerum præcipui gerere; ac ταξιῶσαι; regi & administrari per ταξίον, hoc est per imperatorem constituentem omnia, sic adpellatum apud Thessalos, velut ordinatorum rerum, cuius etiam officium Xenophonti τάξις est, quum libro v ἱλλυκῶν, pag. 601, A. ait, καὶ περὶ ταξίον ταξίαν παρανομιῶν διορίαν. Hinc igitur est illud compositum ἕξ ταξιῶσαι, quo significatur, aliquid eximium imperio τῆς ταξίως, vel imperatoris, aut præfæcti supremi, constituere ac ordinare. Quum autem minus hoc vsitatum esset, interpretatus est aliquis per aliud verbum ἕξ ταξίαι ordinare: quod quia scriptoribus librariis notius erat, in contextum, loco alterius insolentioris verbi, receptum fuit. Idem in aliis quoque plurimis factum, iam sapius ostendimus.

ταξιῶσαι
ταξιῶσαι
ταξίον
ταξίαι
ἕξ ταξιῶσαι
ταξίον

* 223, A. pro τὴν ἑμῶν, rectius scriptum in libro Budensi, τὴν ἑμῶν. Non enim erant in potestate Hystaspis illa pocula, sed Gobryæ; cuius hæc ipsa verba sunt.

*Ibid. D. pro ἐπεὶ τὴν ἀν' ἑσθ' ἀφ' ἑσθ', scribendum ἐπεὶ τὴν ἀν' ἑσθ' ἀφ' ἑσθ'. Frequenter illa vox corrupta reperitur, quod a Græcis abbreviari soleat, syllaba τὰ super ἐπι posita, que facile propterea librarios fugit. His scriptis, idem vidi obseruatū ab H. Stephano.

* 229, B. Transposita in his ἡ particula, καὶ ἑστὶ ἑστραπυήται ἢ χροα πρῶσιδι, suo loco sic reponenda; καὶ ἑστὶ ἑστραπυήται χροα πρῶσιδι, ἢ πρῶτων νόμοις ἕστραπυήται. Iam enim id necessario faciendum videmus. Quod autem versus ab hoc tertio sequitur, ἢ ἀφ' ἑστραπυήται ἢ ἕστραπυήται, scribendum rectius, vel ἀφ' ἑστραπυήται ἢ ἕστραπυήται, quod priori simillimum, vel ἀφ' ἑστραπυήται ἢ ἕστραπυήται: vt sua verbo ἀφ' ἑστραπυήται constet significatio.

* 231, A. In his, περὶ πει (cū intermediis) τοῖς σαβαπαῖς, ὅσα διώκται ἐξ ἑσθ' ἑσθ' ἀφ' ἑσθ', πάντα μεμειδῶ: legitur integrius περὶ πει τοῖς σαβαπαῖς, ὅσα διώκται ἐξ ἑσθ' ἑσθ' ἀφ' ἑσθ', πάντα μεμειδῶ: vt ὅσα διώκται, cum sequenti μεμειδῶ, coniungatur, & ὅσα periisse puretur ob similitudinem cum vltimis in σαβαπαῖς litteris.

Ibidem, C. pro corruptis istis, ἕστραπυήται ἢ περὶ ἕστραπυήται, ὅσα διώκται ἐξ ἑσθ' ἑσθ' ἀφ' ἑσθ', liber Budensis hanc offert lectionem: ἕστραπυήται ἢ περὶ ἕστραπυήται

A δραμ, ὡσπερ παρ' ἐμοὶ περὶ πημιμένους. hoc est, Simi etiam apud vos sessiones, quemadmodum apud me vestris honoratioribus; non mala sane, exclusa voce οἱ ἀφ' ἑσθ': quam tamen si retineamus ex aliis exemplaribus, solum ἕστραπυήται commutabimus in ἕστραπυήται, & melius adhuc ita legemas: ἕστραπυήται ἢ περὶ ἕστραπυήται, ὅσα διώκται ἐξ ἑσθ' ἑσθ' ἀφ' ἑσθ': sint apud vos etiam sessionibus, quemadmodum apud me, viri præstantissimi præ ceteris honorati. Sic nimirum & paullo post, 232, A. loquitur Xenophon: πάντες ὃ οἱ ἀφ' ἑσθ' ἕστραπυήται (περὶ πημιμένους), quibus e verbis illa superiora corrigere licet.

*Ibidem, E. Non φασὶ ἕστραπυήται a me reddidit, sed φασὶ ἕστραπυήται, quod aptius. Sequenti pag. 233, A. liber Budensis pro (ἀφ' ἑσθ' ἕστραπυήται, ὅσα διώκται), habet (ἀφ' ἑσθ' ἕστραπυήται ἕστραπυήται, ὅσα διώκται). Mihi priora retinere libuit. Sed quod altera linea sequitur, συνέταξις ἐστὶν ἐστραπυήται, rectius in eodem Budensi, συνέταξις ἐστὶν ἐστραπυήται.

* 239, C. pro ἀκριβῆ καὶ ἀκρίβητον, habet liber Budensis ἀκριβῆ καὶ ἀκρίβητον, quæ reddita expressimus. Arbitror autem, hæc posteriora prorsus esse Xenophontea, quum libro 1111 Memorabilium eadem verba sic scripta reperiantur, p. 802, D. ἀεὶ μὲν χρημῆνοις (τῆς κόσμου) ἀκριβῆ καὶ ἀκρίβητον παρέρχον. Heic ἀκριβῆ καὶ ἀκρίβητον ἕστραπυήται profert, illic ἀκριβῆ καὶ ἀκρίβητον ἕστραπυήται, quæ sunt eadem scilicet. Sequenti linea pro ἐστραπυήται, habet idem ἐστραπυήται: quod vix admittendum, quum Cicero quoque hunc locum interpretans pulchritudinem, adgnoscat a Xenophonte scriptam, non celeritatem. Sed vnius adhuc pœne oblitus eram. Quod in margine ante ἀκριβῆ legitur verbum συνέταξις ἐστὶν ἐστραπυήται ἐστραπυήται e libro Budensi, pro nostrorum συνέταξις; equidem scholion esse arbitror, idque vel eo confidentius, quod συνέταξις Xenophonticum esse pateat ex indicato nunc Memorabilium libri 1111 loco, pag. præcedenti 802, D. de verbis his, καὶ ὃ τὸ ἕστραπυήται συνέταξις καὶ συνέταξις: sicut heic, οἱ καὶ τὸ ἕστραπυήται συνέταξις συνέταξις, scribitur. Id vero quispiam per συνέταξις ἐστὶν ἐστραπυήται interpretatus. Nec apud me Gazæ, qui συνέταξις ἐστὶν ἐστραπυήται

E posuit, plus valet auctoritas; quam ipsius Xenophontis. Labet enim hoc addere, quod his exaratis, H. Stephani adnotationes inspiciens, Gazam pro hac lectione citatum reperi.

Gazæ interpretatio Casonis maioris Cæceronianis

AD LIBRVM I DE CYRI EXPEDITIONE.

* Pag. 244, D. Loco illius, ὡς περὶ ἑσθ' ἀφ' ἑσθ', ἀφ' ἑσθ' ἀφ' ἑσθ', arbitrator rectius nos scripturos, ὡς περὶ ἑσθ' ἀφ' ἑσθ', (cum interiectis) ἕστραπυήται ἢ ἀφ' ἑσθ' ἀφ' ἑσθ', tamquam superior aduersariis futurus, si a Cyropetita impetrasset: Hoc animaduerti, dum libros hosce cum illustriff. Barone Karolo Zerotinate rursus percurrerem.

246, D. ἐστραπυήται χρυσῶν verti strigilem auream, motus ea ratione, quod strigil ad militiam pertinet. Alioqui vocem ἐστραπυήται & ἐστραπυήται etiam constat significare σαβῆλα siue rudiculam, siue spatulam, vt medici loquuntur, qua in gymnasio promi oleum e lecythis ad inungēda corpora solebat. Hoc ideo locum videri possit habere, quod heic gymnasij mentio fiat.

247, B. pro οἶνω καὶ ἐστραπυήται, scribendum οἶνω, vt referatur ad vocem ἐστραπυήται præcedentem.

* 248, E. Punctis indicatis, abesse φυζῶντες: quo in hunc modum adiecto, τὸ πᾶν ἐξέλιπον (cum interiectis) ἐστραπυήται ἐστραπυήται ἐστραπυήται ὅτι τὰ ἕστραπυήται

teger

1048
teger
Ind
uisse; q
tudine
* 21
dum n
sta em
phila.
* 22
reper
imper
spatio l
est, vt
vero fu
ne verbi
262
maus, p
Quipp
mulus.
visum.
patum
collatio
dum
tencia:
fultus p
loco lib
Cyri non
ratione.
* 26
lus addi
bis red
quidem
fuisse Cy
a Plutar
Hoc eni
partis ac
* Ibi
q' i' s' u' p' s'
gente ad
terat loc
265,
περὶ ἑστραπυήται
cum cet.
* 271
lam καὶ p
debet esse
Ibid. l
ba, ὅτι n
existimo
& quæ se
quam sch
cienda.
stitutio
men nec
m' d' q' s' u'
idem est.
Ibidem
quam
ni posteri
priori.
A D
* Pag.
bendum p

teger est, ut cuius perspicuum. Et videri potest illud φυχόντες inter ista duo, ὄχυρον & ὄπην, facilius perisse; quod cum utriusque litteris aliquam similitudinem habeat.

* 259, D. pro μετὰ μεμνηταί σοι ἔφησα, vel scribendum necessario μετὰ μεμνηταί σοι ἔφησα, vel adiecta ὅπ, sic locus explendus, ὅπ μετὰ μεμνηταί σοι ἔφησα.

* 260, C. Verbum ἔφ' positum ante τὸς ἐξελόντας, repeti post ἐξελόντας debere videtur; omissum ab imperitis calligraphis propterea, quod tam exiguo spatio bis legeretur. Omnino quidem hoc rectum est, τὸς ἐξελόντας ἔφ' φίλεις, τὸς ἐξελόντας εὐ ποιῆν. Duriusculum vero fuerit, pro ἐξελόντας, reponere velle ἐξελόντας, ne verbo ἔφ' sit opus.

262, E. Hunc locum, ubi legitur ἀσπρον πυθόμενος, priori editione non recte interpretatus sum. Quippe verti πυθόμενος, interrogatus; sicut & Romulus. Verum deinceps intuenti diligentius aliud visum. Nam πωδάνειδα nunquam παθητικῶς usurpatum memini. Quapropter huic loco ex illius collatione, qui est p. 359, E. opem fero; & legendum πυθόμενος pro πυθόμενος αἰο, cum huiusmodi sententia: Quod Cyro die ante eū diem undecimo, consultis primis extis, dixisset. * Etenim ita & indicato loco libri v ἀναβάσεως loquitur, πυθόμενος κῆρυ, exta Cyri nomine consulens, & quidē in eiusdem rei narratione.

* 263, D. Notavi quiddam abesse, quia Romulus addit, In principis; quod e Xenophontis verbis redditum vix arbitror, sed ex coniectura. Re quidem vera deesse aliquid non dubito, nimirum fuisse Cyrum in medio, quod arbitror alicubi vel a Plutarcho, vel aliis traditum; ut desit, καὶ τὸ μέσον. Hoc enim tertium restat, quum dextra laeva que partis aciei mentio facta sit.

* Ibidem, E. pro χρόνῳ δὲ συχρῶ scribendum χρόνῳ δὲ συχρῶ, tempore non magno. Quippe iam vergente ad vesperam die, magnum tempus haud poterat locum habere.

265, D. Sic locum hunc distingue, ἔδδ πῆς ἀντιπαραμένους ἑμπαροδῶν, ἐπέκτα μῆθεν ὡς εἰς κύκλωσιν. ἔνθα δὴ, cum cet.

* 271, A. ante μαχόμενος σιωπῆς, necessario copulam καὶ ponendam certum est, si quidem integra debet esse oratio.

Ibid. B. Hic tibi significare cupimus, hæc verba, ὅπην πέλις, in parma, vel cetra, esse corrupta. Nā existimo debere legi ὅπην παλπῶν, in tragula vel hasta; & quæ sequuntur, nimirum ὅπην ξύλων, in ligno, tamquam scholion esse delenda, vel in marginem reicienda. Supra quidem certe, initio libri v r i de institutione Cyri, fit eiusdem ligni mentio: vbi tamen nec ὅπην πέλις, nec ὅπην ξύλων scriptum est; sed ἐπι δόξατος, in hasta, quod cum παλπῶν vel tragula fere idem est.

Ibidem, C. Rectius arbitror legi παροεληλακέναι, quam παροεληλακέναι. Idem & H. Stephanus margini posterioris editionis adposuit, a me notatum priore.

AD LIBRUM II DE CYRI EXPEDITIONE.

* P. Ag. 274, A. pro καὶ πρὸς ἡμῶν ἀγαθῶν μαχόμεθα, etiā de bonis nostris pugnabimus; scribendum plane, καὶ πρὸς ἡμῶν ἀγαθῶν, de bonis

A etiam vestris. Nā præter arma nihil erat reliquum Græcis, ut Xenophon ipse Phalino dixerat, τὰ μόνον ἡμῶν ἀγαθὰ ὄντα, quæ sola nobis reliquæ sunt bona. Cum his ait Græcos etiam de Persarum bonis dimicaturus, hoc est, de ipso Persarum imperio; quod paullo ante Græcos Ariæo legimus obtulisse, si arma secum veller coniungere.

* Ibidem, D. pro φαλίνος ἢ Ἰσπυρέτης, Phalinnus autem reuersus, videtur plenius scripsisse Xenophon, φαλίνος ἢ μετὰ τὴν καὶ Ἰσπυρέτης, Phalinnus secessit & reuersus est: ut infra, 280, C. μετὰ τὴν τὸς ἑλλήνες ἐβουλεύοντο, secesserunt Græci consultandi causa. Si tamen ita non scripsit, saltem hoc modo supplenda sunt eius verba. quod equidem feci.

* 277, E. Sane non video, quid illud sit, quod de asino in exercitum immisso dicitur, his verbis: ὅς αὖ τὸ ἀφίεντα τὸ ὄνον εἰς τὰ ὄπλα κατέμιλλυση, qui indicavit, a quo fuerit immissus in exercitum asinus. Itaque si coniecturis uti licet, τὸ φόβον substituam pro τὸ ὄνον, ὅς αὖ τὸ ἀφίεντα τὸ φόβον εἰς τὰ ὄπλα κατέμιλλυση, qui auctorem immissi exercitui terroris indicavit. Et vox hæc φόβος non solū bis a Xenophonte iam antea, versu ab hoc quinto & sexto ponitur, φόβος ἐμπύθη, & rursum φόβος ἐμπύσωνος: sed etiam post hæc, versu tertio repetitur, ὅπην κενὸς ἀφόβος εἶν. Quo fit, ut non dubitem, meam hanc emendationem plane admittendam; & ut illic metus e castris auctoritate ducum expulsus fuit, sic asinum hoc loco me auctore de libris Xenophonreis abigendum esse.

* 279, B. In his verbis, καὶ εἰ τις ἀπὸ δοκίμῃ τῶν παρὰ τὸν πελαγμένον βλακεύην, ἐκλεχόμενος τὸ ὄπην πῆθειον, ἔπαυσεν αὖ, vltima illa esse vitiata, ἔπαυσεν αὖ, nō est dubium. Editione priori verbo cædendi vsus sum, multandi Romulus, nimirum verberibus. Vtrumque decepit vox præcedēs βακτηρία, quam Romulus virgam reddidit, ego baculum, & sequens verbum ἔπαυσεν; quasi baculi mentio, cum παρὰν coniuncta, verbera nobis extorqueret. Sed dicam paucis, quo modo nunc restituam. Aio pro ἔπαυσεν αὖ, scribendum ἔπαυσεν αὐτῶν, videlicet τὸ δοκίμῃ τῶν βλακεύην. Si quis ei videretur ignavius se gerere, mox idoneum eligens, illum alterum remouebat, aut cessare iubebat. Ita Xenophonti verbum suum, quo vsus erat, restitutum videmus; & vocabulo βακτηρίας sensum alium, quem superius adtigi; nimirum quod eo Clearchus sit vsus, ut scepro, signo magistratū prætorij, quoungebatur. Vulgo quidem eiusmodi baculum in re castrensi regimentum adpellare solemus, Turcis est aga siue baculus, Italis ille stecco dicitur, voce originem Germanicam redolente, ac idem profus utraque lingua significante, quod βακτηρία. Henr. Stephanus hoc loco explicare se non potuit.

* 284, D. Vtitam lectionem, αὐτῶν πῆς ἑλλήνοι, sequutus est Romulus, qui reddidit, Ipsi Græcis. Ego priori editione, quum dicerē, Ipsi etiam hostibus, aliā sequutus sum lectionem, αὐτῶν πῆς ἐχθροῖς. Ea non esse reicienda temerē videtur. Quid enim opus erat ipsis Græcis ingentes videri copias? Hosti Clearchus arte quadā imperatoria magnas exhibere studebat, idque consequutum narrat auctor. Alteram tamen non minus licet defendere.

291, A. Lego ἢ ἀποφασίσαις ἰέναι, non ἢ μὴ ἀποφασίσαις, quemadmodum habet editiones alia; nec μὴ ἀποφασίσαις, quod est in H. Stephani & Florentino exemplari.

AD LIBRUM III DE CYRI EXPEDITIONE.

PAg. 293, D. Notas punctorum adposui, quod existimem in his, οὐδ' αὖ ἐνα . . . κατακρίνοιν, deesse φεύγοντα. Nam ita Romulus etiam vertit, & sensus loci postulat. Poterant interficere hostes in acie, verum a pugna propter equitum penuriam persequi neminem poterant. Hactenus editione priori notata, nec male quidem. Sic enim & supra, libro III de institutione Cyri, p. 99, D. ποῖος αὖ ἐν ἴσῳ πῶν ὄντες διωκόμεθα αὖ φεύγοντας ἢ λαβεῖν, ἢ κατακρίνοιν; vides φεύγοντας κατακρίνοιν dici, quod verbum insolentius heic quoque reperitur: vt omnino φεύγοντα κατακρίνοιν scribendum sit. Nam stantes, vt dictum, aduersarios in acie quin egregie Græci occidere possent, nullum erat dubium; fugientes vero non itidem, ob penuriam equitatus.

* 302, A. Notabilis heic se locus offert, de quo perspicitur, quam exigua vel vnus syllabæ variatione plurium verborum sensus vitietur. Sic legitur hactenus in editis omnibus, εἰ οἱ Κύριοι παρῶθεν σὺν ἡμῖν παρῶμενοι, νῦν ἀφῆστησαν. Id editione priori ego sic verti, sequutus scripturam corruptam: *Quod quibus proprie conveniebat hac nobiscum in acie stare, iam defecerint.* Durum hoc recensenti nunc visum. Itaque circumspiciens de vitio latente, sic vnicam voculam mutandam deprehendi; vt Κυρεῖοι, pro Κύριοι, scribatur. quo fit, vt perspicua iam verba sint, εἰ οἱ Κυρεῖοι παρῶθεν σὺν ἡμῖν παρῶμενοι, νῦν ἀφῆστησαν: *quod Cyriani, prius a partibus nostris stantes, iam defecerint.* Κυρεῖοι namq; Cyriani sunt, hoc est, Cyrianarum partium Pertæ, Ariæus, & alij; sicut & supra dixit libro præcedenti, p. 269, E. τὸ Κυρεῖον στρατόπεδον, castra Cyriana. Item libro VII, 398, E. πᾶσι τῶν Κυρεῖων στρατιώμασιν. Item libro III ἐλληνικῶν, 487, B. ὁ δὲ Κυρεῖων παρῆστησας.

* 303, B. pro οὐκ αὖ φάσω ἔρχομαι, scribendum rectius, οὐκ αὖ φάσω ἔρχομαι.

* 304, A. Quum dico, κρατούμενον ἐστὶ πάντα τὰ ἀλλότρια, non aliud ex meis hisce verbis intelligitur, quam res alienas omnes illorum esse, qui victi sunt. Hoc falso dici, nemo nō perspicit. Ergo scribendum erat, κρατούμενων πάντων τὰ ἀλλότρια, *cedunt aliena victoribus omnia.* Sed locum illud heic nequit habere, quum ostendat primum militibus Xenophon, quid eis victis, (hi sunt κρατούμενοι) futurum sit: deinde subiiciat, quid futurum victoribus, quum ait, ἡ δὲ κρατούμενα. Ergo delendus articulus τὰ post πάντα, qui ex vltima syllaba dicti πάντων geminatus irrepit, & ita scribendum rectius, κρατούμενων μὲν δὲ πάντα αὖ ἐπὶ πάντα, ἀλλότρια, scilicet ἐστίν. hoc est, *Nostis eorum, qui vincuntur, fortunas omnes, esse alienas; id est, ad alios transire.* Pusillum hoc quiddam, at momenti non exigui.

Ibidem, C. pro ἢ ἐργῶ παραινῆται, rectius erit ἐργῶ παραινῆται. Item secundo post hunc versu, κοινῆς σωτηρίας δέομεθα, *communis salutis egemus*, rectius scribetur, κοινῆς σωτηρίας δέομεθα, *communiter salutis egemus.* Sic & Romulus legit, qui pariter interpretatur: & infra similiter scriptum videmus p. 336, D. κοινῆς ἐβουλεύοντο, *communiter consultabant.*

* 307, B. In his verbis, ὀλίγον ἢ ἔνθα οὐδ' εἰ τυχὸς εἴη, aliquid mendæ hæret. Si marginis lectionem recipias, ἐν ὀλίγῳ ἢ ἔνθα οὐδ' εἰ τυχὸς εἴη, videmus ἔνθα superfluum. Id vero ne temere reiiciamus, transpositione tantum hac vtamur in lectione textus: ἢ-

κυρεῖοι. κύριοι.

A 9α ἢ ὀλίγον, (χωρίων ex superioribus repetitur) οὐδ' εἰ τυχὸς εἴη, cum ceteris, recte iam coherentibus.

Ibid. D. Quid proprie σαλάδες sint, ingenue me fateor ignorare: ac propterea vocem Græcam retinui. Hæc notis primis, addamushis aliquid. * Suidas ait, armatura σαλάδα quoddam genus esse; nec quale sit, explicat. Superius in VI παιδείας legitur χιτῶν σαλιδάρας. Hanc ego tunicam palla, plicas habenti, similem reddidi. Fortassis hinc vtrumque colligi potest, quid σαλάδες sint; præsertim si liceat (& licere nonnumquam puto) mutationem exiguam adhibere, scribendo σαλίδες: nimirum vs tunica rugosa striataue intelligantur, qualibus equitum Brunsvicensium famuli puerique militares apud nos vtuntur. Si cui vero non placet hæc scriptura, per me licet Suidæo more generaliter accipiat vocem σαλάδες, pro indumento militari: quemadmodum ipse deinceps libro sequenti, p. 318, B. feci.

308, D. πλήθος αἰνῆ redditur significatione peruulgata, quamquam non ignorem quid in columnis πλήθος sit, de quo Vitruium cōsulat in III, qui volet,

309, A. Retinui vocem Græcam, lapide conchyliato, certa de causa. κοχυλίαις autem, λίθος σκληρός, ἔχων ἐν ἑαυτῷ κοχυλίαι τύπαις: lapis est durus, conchilij figuras in se continens. De quo pater, minus recte vertisse Romulum, cuius hæc verba sunt: *Murus crepidine nitebatur lapidea, excisis in muricis modis lapidibus.* Nam figuras illas natiuas esse intelleximus, non opere factas humano. Pollux in VII κοχυλίαν Aristophanis, & κοχυλίαν Xenophontis, cepisse pro eodem videtur, & quidem addit, hanc esse ἰδὲν λίθου.

AD LIBRUM IIII DE CYRI EXPEDITIONE.

* PAg. 316, B Pro ἐδόξα τις στρατιώταις, scribendum omnino ἐδόξα τις στρατηγῆς, constat ex præcedentis hōri conclusione. Versu autem post hunc sexto, non καὶ ἔστιν οὕτω γενόν, legi debet; sed καὶ ἔστιν οὕτω γενόν. Subintelligitur autem χωρίων, vt infra 322, ὅπῃ εἴη γενόν χωρίων, oratione plena. Hoc melius illis H. Stephani, καὶ ἔστιν οὕτω γενόν. Nam illud πὸ γενόν haud quadrat, quum sit δεικνόν, certas quoddam denotans angustias, de quibus heic nullum verbum.

* 319, D. Locus hic corruptus est, ideoque sic eum interpretatus sum, vt mentem auctoris respicerem. Videtur autem pro αὐτοὶ ἢ συμβουληθεῖσιν ἀκχαίνοντες, sic legi debere, αὐτοὶ ἢ συμβουληθεῖεν ἀκχαίνοντες, ὡς αὖ διώκοντα τὰ χεῖρα. quorum sensum expressimus. Nam quod margini legitur adnotatum pro lectione diuersa, συμβολῆς (non συμβουλῆς, quod in H. Stephani editione altera corruptum) ἐνεκεν βαίνοντες, scholion vitiatum esse arbitror illorum συμβουληθεῖεν ἀκχαίνοντες, ita restituendum, συμβουλῆς ἐνεκεν βαίνοντες, hoc est, *ad coniungendum se pergerent ascendendo.* Quæ quidem illum ipsum reddunt sensum quem ego indicaui. Quod sequitur, ταῦτα σου δέμενοι, οἱ μὲν ἐπερεύοντο, scriptum hactenus in margine, nos in textum recepimus, quum respondeat, illis præcedentibus, καὶ συμπίθεται ἢ μὲν οὐκ αὖ. Quod autem in textu erat, ταῦτα συμβαίνουσι, vt lut scholion illius ταῦτα σου δέμενοι, ad marginem reieci. Nam Græcæ non imperiti vident, quid in hoc

ταῦτα

1052
 scribo
 fessum
 pro i
 fessus d
 scriptu
 dem ill
 am p
 quan
 leant
 proben
 321,
 terit
 Ibidem
 ai n
 est; qu
 proban
 32
 plicatio
 vitiolu
 Sic enim
 tio sequ
 duchoru
 Eius Gra
 tebantur
 dico, ac
 terpreto
 tes) / G
 quanta
 amentu
 sarium i
 per ame
 dito, fia
 332,
 333, A
 intelliga
 mium,
 phontis
 teiligere
 gia prim
 cedunt.
 niorum
 autem p
 bro III
 ait, in
 cer, qua
 335, B
 dum, ca
 tus est, &
 Ibidem
 pud Rom
 336, C
 nili si ad
 Tum ver
 338, C
 ex ingen
 nim, ser
 346, Xen
 editione

ταυτα συμβαινουσιν etiam vitij lateat.

αιφοδος.

* 320, E. pro καταλιπντης αφοδον τις πολεμους, scribo καταλιπντης αφοδον τις πολεμους, exitum, abscissum. Idem vocabulum & infra corrigo, 346, D. pro η αφοδος χαλεπη, scribens, η αφοδος χαλεπη, abscissus difficilis. Paulo post ibidem, 348, A. recte scriptum παρεσκευασεν η αφοδον. Lexicographi quidem illi, qui de locis his Xenophonteis novum αφοδος vocabulum libris suis inseruerunt alia, quam abscissus, significatione; licet id modo delectant, locis hisce nunc emendatis, aut aliunde B

321, A. legit pro αυθις Amasæus ευθις, qui verterit sine ulla cunctatione.

Ibidem B. Sequutus sum istam lectionem, η επι τη πυει καταληφθεις φυλακης, quæ in libris editis est; quum in aliis καταληφθεις inueniatur, parum probanda.

* 322, D. Quod heic dico, Pedem sinistrum applicantes; non est usitata lectionis interpretatio, η εριστορα ποδι παραβαινουσες, in quibus hoc vltimum vitiosum est; sed horum, η εριστορα ποδι παραβαινουσες. Sic enim scribi debet. Quod versu post hunc tertio sequitur, εχοντο η αυ τις (scilicet sagittis Carduchorum duos cubitos longis) οι ελληεις οπλα φορουσιν ακοντιους ανακλωδους, sic versum antehac fuit: Eas Græci si consequuntur essent, ad iacula religatis vtebantur. Nunc vero primum ακοντιους sic positum dico, ac si scriptum esset ως ακοντιους, deinde sic interpretor: Illis (sagittis duobus cubitis longiores) si Græci uancti essent, amentabant; & eis tamquam iaculis utebantur. Notum vero ανακλωε esse amentum hastæ, hoc est, αμμα λοβης, ut vetus glossarium interpretatur: ideoque ανακλωδους reddo per amentandi verbum vetus, quod amento addito, fiant hastæ amentatæ.

αγκυλα, αμεντιου, φρακουλου αμεντιου.

332, B. Deest post ης in quibusdam libris vox κριθησ, & apud alios κριθησ scribitur. Romulus addidit, plenissimi, scilicet κραθησ: qua lectione fretus, ignoro. Ceterum hoc nomine Polybium quoque εζησ adpellasse; quæ ceruicia vulgo est, testatur libro primo Athenæus.

αινθ κριθησ, κριθησ, κριθησ, κριθησ, κριθησ.

335, A. In his verbis, οβισησ ο υσιων, quinam intelligantur per illud υσιων vocabulum, id est similitudinem, aut parium potius, videor ex libro Xenophontis nostri de republica Lacedæmoniorum intelligere: nimirum qui legibus & institutis Lycurgi primis annis vsi, ita deinde ad rempublicam accedunt. Persarum quidem ομοιοι, & Lacedæmoniorum ομοιοι, possunt inter se comparari. ομοιοι autem pares heic interpretor. Nam sic & infra, libro 111 ελληικων, pag. 498, E. quum Xenophon ait, ουτες παρομοιοι η εριστων, aliter reddere non licet, quam numero pares.

ομοιοι qui Lacedæmonιοι.

ομοιοι Persarum.

335, B. Existimo pro κλεπιδου τις η ορις, scribendum, κλεπιδου τις η ορις, sicut & paullo ante loquutus est, & non multo post, λαβαιμεν η η ορις.

Ibidem, D. Legitur in libris nostris οιπερας, apud Romulum Teius, quod Græcis est ο πιδος.

336, C. Quo referatur αποπιδος, scire nequeo; nisi si ad χωριον, quod precessit, recurrere velis. Tum vero legendum erit αποπιδων.

338, C. pro εχοντο η αυ τις οχυροις Hen. Stephanus ex ingenio putat reponendum ελοχωντο. Dicit enim, se non dubitare, quin alio verbo, quam εχοντο, Xenophon heic vsus sit. * Mihi vero priori editione longius ab εχοντο illud ελοχωντο recedere,

A litteris etiam aliquibus auctum videbatur, & videtur adhuc. ideoque nonnihil vacillans cogitabam de propiori verbo εχοντο, quod ipsum quoque ut tunc mihi non satisfaciebat, ita modo non probatur. Non enim facile mirandum aliquid, ubi lectio vetus retineri potest. Et video verbum εχοντο non tantum hoc loco posse, verum etiam debere retineri; modo dextre accipiat, & ira reddatur, ut ipsius loci ratio postulat. Non enim dumtaxat οχουσαι significationem abeundi & discedendi habet, ut ex H. Stephani opinione necesse sit tantum οχουσαι εις το πιν υια, vel οχουσαι εις τα οχυρα dici: sed etiam in loco dici de aliquo potest, εχοντο, euasit, elapsus est, qualique euasit, uti de mortuis etiam hoc verbo Græci utebantur. Sic de Lacedæmonijs in oratione Thrasylbuli, 11 ελληικων, 479, A. υμας παραδοντες τη δημο, εχοντο αποπιδους. Vobis huic populo traditis, inde discedentes nusquam adparent. Ita scilicet heic etiam vsus est Xenophon, quum ait, εχοντο η αυ τις οχυροις, in illis natura munitis locis elaborantur. Et occulta quadam εμψυχη itidem concurrat, quasi scripsisset: εχοντο η αυ τις οχυροις εν πε. Nihil hoc iam planius, nec habebit Stephanus, quod contradicat, ni contentiosus esse pergat. Lenis autem hoc loco mendii pæne oblitus erã, quod versu ab hoc sexto superius in his hæret: κρησ αποπιδων τις αυ της κεφαλας εχοντες επορευοντο. Fetti nequit αυ illud, toties in Xenophonteis libris corruptum. Perest ei simile αυ, sed mihi tamen magis probatur, cum exigua transpositione sequentium, hoc modo: κρησ αποπιδωντες κρησ εχοντες της κεφαλας επορευοντο.

338, D. In his, οκ ταυτης η χωρας ο αρχων, si tollatur οκ, commodior erit hæc scriptura: ταυτης η χωρας ο αρχων τις ελληικων η γεμια πεμπε. Ibidem, E. in his, ει η μη, τεθαιαει επηζημεπο και ηρουμνος, επι η ανεβαλεν, cum ceteris, vnico επι η in aptius επηδη mutato, quod mendium sæpius in libris Xenophonteis, ut superius ad pag. 122, A. ostensum, occurrit; & distinctione meliori adhibita, locus egregie restitutus erit, hoc modo: οι η μη, τεθαιαει επηζημεπο, και ηρουμνος, επηδη ανεβαλεν, &c. Scriptura quidem prior occasionem mihi præbuit, ut inepte redderem: Id nisi præstaret, mortem se perpessurum aiebat, & itineris ducem. Hostile solum quum ingressus esset, cum reliquis. At nullus, præter ipsum, tunc itineris dux erat. Itaque illa posteriora rectius quadrant: Id nisi præstaret, mortem se perpessurum aiebat. Simul eos præcedens, quum hostile solum ingressus esset, &c.

* 339, A. Articulus in his, και οι ο πιδων οκ η καιμεινης χωρας, potius ita collocabitur, και ο πιδων (scilicet αποπιδωνοι) οι οκ η καιμεινης χωρας. Exile quiddam, sed non absque momento.

* Ibidem, B. pro εθου δρομων, reponendum εθου δρομων dixerim; nisi quis velut απηκιστον probare velit. Sed infra, p. 347, B. scripsit, εθου δρομων οι ο πιδων, de quo iam perspicuum, alterum illud Atticum non videri, eo quidem significato, quo heic ponitur.

341, D. Si marginis lectionem sequaris, hic erit sensus: Hostes, quum eos in se cursu ferri viderent, partim versus dextram, partim sinistram latus dispersi sunt, aciemque mediam, cum reliquis.

342, D. Sequutus sum lectionem marginis superiorum editionum, & quidem in cõtextum relatum; quum altera manca sit, ac voti Græcorum, antea concepti, mentionem expresse nullam faciat; cuius & initium libri sequentis meminit in verbis a me receptis in textum, quæ ipsa quoque

non in libris omnibus reperiuntur. Vt autem hæc ab aliis dignosci possint, vsuatis illis*] notis inclusi. πλέον tamen in his, ἤλθον πλέον βόες, mutandum in πλέονες αἰο, vel in πλέονα, respiciendo ad præmissum illud ξένια, hoc modo; ξένια ἤλθον πλέονα, βόες. quod quidem proximum scripturæ priori.

343, A. Heic quoque marginis illa lectio, quam H. Stephano debemus, πάλιν δ, καὶ πάλιν, καὶ πάλιν κράπιν ἐπεροι, (scilicet ἠγροῦνοντο, ex superioribus) καὶ καλὴ δία ἐγγύετο: plenior est, ac potior altera.

AD LIBRVM V DE CYRI EXPEDITIONE.

Pag. 344, A. Pro καὶ ἄλλοις τῶντα, malo scribere καὶ ἄλλοις τῶντα, sensu magis idoneo.

345, B. pro βυλευέδξ, non dubitanter reponendum adfirmo βύλευδα.

* Ibidem, E. Pro οἰκίων in his, οἰ κώλοισι ἀπὸ οὐπεπλωκόπες ἐκ τῶν οἰκίων, scribendum ἐκ τῶν οἰκείων. Notum dicendi genus, ἐκ πύλων ἐκ τῶν οἰκείων, suis rebus ac facultatibus excedere, suis expelli, amittere sua. Sequitur est eandem scripturam & Amasæus.

348, C. Deprauatam sequutus lectionem Romulus, ita verit: Qui quidem eo irruerunt, ὡς δὲ αὐτὸν σὺν ἐπιπέδον. Multo rectius H. Stephanus reposit, ὡς δὲ αὐτὸν (scilicet οἰκία) σὺν ἐπιπέδον, sensu eo, quem expressi.

350, B. Sequutus sum lectionem, quam duobus in exemplaribus inueni, videlicet οἰκιδέντες, quod in aliis οἰκιδέντες, corrupte. * H. Stephanus editione altera de meis vsurpauit. Romulum ita legisse nō dubium est. Florentina editio vitiosum illud οἰκιδέντες habet, quod nōnulli sequuntur. Id mihi duriusculum videtur, præsertim quod inter καπικουώπης ἢ δὴ ἐν Σκιλοῦπι, & inter ὑπὸ Λακεδαιμονίων οἰκιδέντες, copula nulla sit interiecta.

* Ibidem. Pro ἐν τῷ Σκιλοῦπι χωρίῳ, legendum ἐν τῷ Σκιλοῦπι χωρίῳ. Perit alterum ἐν, propter geminationem infra spatium exiguum eiusdem vocula.

Ibidem, C. Retinui πῆς σκλωῶσιν, lectionem videlicet vsitatam. Nonnullis placet pro σκλωῶσιν legere σκίλωπῆσις, quod nec reicere, nec probare libet: quum in exemplaribus fide dignis necdum ita scriptum inuenerim.

351, B. pro πορεύονται, malim πορεύονται.

Ibidem, E. Puto factam quamdam vocum traiectionem, vt hoc modo legatur, ἔσθ' ἀνὰ ἐκάτ' μάλισα, ὡς ἀπὸ οἰ χοροί. Nam quod H. Stephanus in margine notauit, vix puto de libris fide dignis promtum fuisse. Nam quis ita loquutum Xenophontem, elegantissimum scriptorem, credat? positus duabus eodem loco vocibus idem significantibus, ὡς ἀπὸ οἰ & οἰ, hoc modo: ἔσθ' ἀπὸ οἰ ἀπὸ οἰ ἐκάτ' μάλισα οἰ χοροί. Sed hæc aliorum iudiciis permitto.

352, C. non περιόντων, sed potius περιόντων legendum, adpareret etiam de Romuli versione, qui accedendi verbo vsus est.

* Ibidem, D. pro ἐν τῇ στρατῶ, scribendum ἐν τῇ στρατῶ, facile quiuis perspicit.

Κάρυα. 353, E. Κάρυα non interpretor heiciuglandes, vt alij, sed castaneas. Est enim vox late significationis, hoc autem loco intelligenda κατὰ Κάρυαν Σινωπιδ, νωπιδόν, quæ & Ευβοϊκὰ vocantur, & sunt Κασάνια, quemadmodum ait Mnesireus Atheniensis ἐν τῷ, κατὰ ἐδέσων. Item paullo post coctarum fit mentio.

A Denique Pollux in primo respiciens ad hunc locum: Κάρυα, inquit, τὰ ἐκ ἐχθρῶν δειφύλω. εἴη δὲ αὐτῶν τὰ λεπτοκάρυα, ἢ μὲν τὰ κασαῖα ὀνομαζόμενα. φησὶ γὰρ κατὰ αὐτῶν Ξενοφῶν. πύδας σσειτυμένους κάρυους ἐφθόισ. Quibus in verbis obiter nota codicum Pollucis mendam in voce δειφύλω, quam in δειφύλω commutauit, qua fissura significatur. Idem enim valet, quod χίσμα, interstitium vel fissura. Hoc addere libuit, quum etiam Romulus eam aliter interpretatur.

B * Addendum & hoc, post alteram lineam non τῆτω καὶ πλείω σίτω ἐχθρῶν legendum, sed τῶντις καὶ πλείω ὡς σίτω ἐχθρῶν ἐφθόισ: vt ad τῆτις subaudiatur κάρυοις. Vitij origo in hoc ex abbreviatura, in πλείω σίτω amissum ὡς, propter similitudinem cum vltimis & primis litteris in horum vtroque. Nimirum ait, eos castaneis coctis cū pane, vel panis loco, vt plurimum vesci solitos. Si quis marginis lectionem recipiendam putat, ἐφθόισ καὶ ἀρπῆς οἰκιδέντες, intelligemus ex elixis castaneis panes ab eis fuisse tostos. Videtur hoc tamen potius esse scholiolum quoddam, quo σίτω vox, alioqui panem Xenophonti significans in multis locis, per ἀρπῆς declaretur, vna cum vsus modo, qui expressus est in οἰκιδέντες.

354, D. μετ' ἄλλων ἰόντες rectius scribitur μετ' ἄλλων ὄντες: sicut bis paullo ante dixit, ἐν τῷ χλωῶντες, & μόνον τῷ ὄντες. Neque me quidquam, quod Romuli codex ἰόντες habuerit, mouet.

357, A. Sequor in conuersione lectionem marginis. Nam quod in ipso textu legitur, φίλον ποιέσθαι Κορύλαι, καὶ τὸν Παφλαγῶνα, haud dubie corruptum est. Articulus enim heic profecto Atticorum more positus est, & certum quemdam indicat. Nullius autem, præter Corylam, facta est antehac mentio, ad quem referri possit. Itaque vel marginis est seruanda lectio, & existimandum Κορύλαι irrepsisse in contextum, quum esset scholion, quo significaretur, per τὸν παφλαγῶνα intelligi Corylam, sicut & paullo post in altera Hecatonymy oratione: vel legendum, Κορύλαι τῶν Παφλαγῶνας, vt supra. Sed commodior est marginis lectio, * quam & illa, eadem hac pag. littera E. ὡς τ' παφλαγῶνα φίλον ποιέσθαι, confirmant.

359, A. Legitur & in Henrici, & in Florentina, & aliis editionibus, οἱ μὲν αὐτῶν εἰ ἠρρωταται πορείαν, λὺ ὑμῖς συμβουλεύετε. Ego vero quum inuenerim etiam libros sententiam meam comprobantes, non dubito particulam εἰ, tamquam superuacaneam tollere. Quod enim Stephanus idem verti debere

F hanc in οἰδὲ vel ὄντι putat, apud me parum auctoritatis meretur.

* 360, A. In his verbis, ὅτι εἰ μὴ ἀπολοῦσι τῇ στρατῶν μῶν, ὡς ἐχθρῶν τὰ ὀπτιπῆδα ἀκπλέοντας, ὅτι κινδυνεύουσιν μῶναι τῶν αὐτῶν δυνάμεις, nemo non videt abundare vel primo, vel altero loco particulam ὅτι, bis positam. Ego priori expungendam crediderim. nisi quis ἀπικισμὸν aliquem in his edoceat.

Ibidem, B. πλοῖα ἡμῶν πάρεσι lego, vel extrita particula δὲ, vel in δὴ mutata. Nec id dissimile, quod paullo post H. Stephanus norat, omittendam particulam γὰρ, in ὁμοδ μὲ γὰρ ὄντες. Atque adeo sæpe vsuuenit, vt hæ voces abundant. Stephanus editione posteriori adscripsit πλοῖα γ' ἡμῶν, quod cur probari non debeat, intelligit ipse.

367, B. Legitur in editis, τῶν γαυλικῶν χερμῶν τὸ γαυλικὸν μῆνα. Quænam sit heic Gaultica pecunia, (sic enim

1056
nim an
tum, i
quemq
pinor,
ne adp
pter Ka
sentent
fauilica
lus vel
reper
glossari
ponit,
J. C. cla
lic) mu
vt folet
Joco lib
ipsum e
ma illa
carum
Ku we
Sido
sed etia
pinor, a
vixia p
quæ in
ad locu
pertinet
licas pe
Prater
sex libr
De quib
modo &
nophon
sychius
dixerat
pecunia
enim est
Ibide
posui, q
ex me q
tam illu
ἀρχοπι
bus pate
ἀρχοπι
αρχοπι
alibi, tū
editione
post ἀρχ
quanto
neto ite
gendum
est, Soph
mirum
navigi
Hanc eg
plius ap
mitti fac
vltima p
trinfecu
A D
Pag.
legit

nim ante me scriptura hoc reperitur, & reddi-
 tum, in conuersione Amasiana) vix puto facile
 quemquam indicaturum. Nam absurdum est, o-
 pinor, dicere; nomen hoc factum ab insula γαυ-
 λος adpellatione, quam Stephanus Byzantius pro-
 pter Karthaginem sitam esse tradit. Ego vt meam
 sententiam pace aliorum aperiam, existimo pro
 γαυλικῶν legendum γαυλικῶν χημῶν. Est autem gau-
 lus vel Festo auctore, qui vocem hanc in Plauto
 repererat, nauigij rotundioris genus, vel etiam
 glossario veteri, quod tamen εἶδος πλοῦν tantum ex-
 ponit, & cupam. Cyrillianum Basilij Amerbachij
 I. C. clarissimi declarat γαυλῶν, (sic enim scribitur il-
 lic) ποιμενικῶν ἀγρίων: & latine, hoc signum credi,
 vt solet, ad Virgilij *Signum lactis* respiciens; quo
 loco libri nostri, *Signum lactis*, habent. Et hoc illud
 ipsum est, quod cupa in altero dicitur; de quo for-
 ma illa rotundior intelligitur. Patet idem signifi-
 catum non solum e Callimachi versu,

Κυπρῶθεν Σιδωνίος μακατήρα γαυλῶν,
Sidonius me e Cypro gaulus in hac loca vexit:

sed etiam de verbis Helychij, qui respiciens, vt o-
 pinor, ad γαυλῶν Σιδωνίου Callimachi; γαυλῶν, ait, τὰ φοι-
 νικικά πλοῖα καλοῦνται. Sic enim lego, mutata voce
 φοίνικα in φοινικικά. Idem Helychius addit hoc, quod
 ad locum hunc nostrum emendandum proprie
 pertinet, dici γαυλικὰ χημῆματα, τὰ ἀπὸ τῶν πλοίων, gau-
 λicas pecunias esse, quæ de nauigijs redigantur.
 Præterea vsus est & Homerus gauli voce, Vly-
 σεα libro ι x.

γαυλοὶ πικραίδες πικρὰ
Gaulique & cumba

De quibus iam nemini obscurū arbitror esse, quo-
 modo & emendandus, & intelligendus heic sit Xe-
 nophon; cuius verba, ceu dictum, tantum nō He-
 lychius interpretari videtur. Nimirum & antea
 dixerat, nauiculas fuisse captas, & ex iis coactas
 pecunias; de quibus aliquid subtrahitū fuerat. hoc
 enim est χημῶν illud μείωμα.

Ibidem, B. ad verbum ἀρεθεῖς notas punctorum
 posui, quæ significarent, aliquid deesse. Iam si quis
 ex me quæret, quidnam illud esse arbitret; remit-
 tam illum ad ea verba, quæ paullo ante habuimus,
 ἀρχόντας ἀρεθμένων ὑμῶν ἐστὶν ἐμποδῶν εἶμι; De qui-
 bus patere arbitror, hoc etiam loco sic legendum,
 ἀρχόντων ἀρεθεῖς. Ne dicam, id dicendi genus, ἀρχόντων
 ἀρεθῶν, etiam apud Xenophontem reperiri, quum
 alibi, τῷ κύρῳ παιδείας libro primo. * Et hæc quidem
 editione priori a me hoc loco notata. Nunc autem
 post ἀρεθεῖς aliquid deesse, nec tam procul, sed ali-
 quanto propius ab his verbis, Σοφάνετος δὲ, ὅτι ἀρεθεῖς
 κατημέλι, latere causam multæ, Sophane-
 neto irrogatæ, animaduerrere videor: adeoque le-
 gendum, Σοφάνετος δὲ, ὅτι ἀρεθεῖς εἰς τὸ δὲ κατημέλι, hoc
 est, *Sophanetus multatus est, quod lectus ad hoc, ni-*
mirum εἰς φυλακῶν τῶν γαυλικῶν χημῶν, ad pecunia de
nauigijs redactæ custodiam, id muneris spreuisset.
 Hanc ego lectionem veram puto, loci quidem i-
 psius aptissimam sententiæ. Nec dubium est, εἰς ἀ-
 mitti facile potuisse, propter similitudinem cum
 vltima præcedentis ἀρεθεῖς: vt τὸ δὲ dumtaxat ex-
 trinsecus adsumendum sit.

AD LIBRUM VI DE CY-
 RI EXPÉDITIONE.

Pag. 371, C. Lego, ὅτι δὲ τῷ πρώτῳ ὅππῳ (ante hæc
 legimus ἐμπύοντες) οἱ Μάδανεῖς, καὶ ἄλλοι Ἰνέες τῶν

A Ἀρκάδων ἀσάντες, ἐξοπλισμένοι οἰς ἠδυνάσας καὶ κλισίας
 Nam illud ἐμπύοντες habere locum nequit. Post ἀρ-
 κάδων quæ in aliis est distinctio, tollenda; & post
 vocem proximā ἀσάντες collocanda. Sic is sensus
 efficitur, qui rectus est, & in versione mea ex-
 pressus.

373, A. Non ἀσάντες heic legendum, quod aliē-
 num a præcedentibus & sequētib; sed ὁ πόρῳ μάν-
 τις πρὸς πέμπων αὐτὸν ἐλεγε, ὅτι μέγας οἰωνὸς εἶναι: quod va-
 res aiebat, esse magnum augurium.

B 374, A. Non dubito, particulam negantem o-
 mīsam hoc esse loco, γαυλῶν εἶναι, εἰ ἕτως ἔχῃ, ὡς ὀργουῶ-
 ται Λακεδαιμόνιοι. Eam si suo loco reponas, constab-
 it sensus verborū perpulchre, ὡς ἐν ὀργουῶται Λα-
 κεδαιμόνιοι. Si soli Lacedæmonij habere imperium
 debent, ridiculum sit, non tunc etiam ipsos irasci,
 quum nonnullis, vt vna prandeant, conuenientib;
 magisterium conuiuij Lacedæmonio non de-
 fertur.

375, C. pro ἀμφοῖν γὰρ τῶν, potius τῶν τε.

C 377, D. In his, ἡ γῆ σαυδρος ἐσώθη, καὶ ἄλλοι δὲ λοχα-
 γοὶ σωθήσονται, scribendum οἱ ἄλλοι δὲ λοχαγοὶ. recte. pro οἱ
 nimirum irrepsit καὶ alienum.

* Ibidem, E. Notas his, ἕτε πρὸς τὴν εἶχον,
 ἕτε ἰσπία, inserui; quibus indicarem, aliquid deesse.
 Nam plenius ita legitur in libris quibusdam, ἕτε
 πρὸς τὴν εἶχον, ἕτε ἀκονίσταν, ἕτε ἰσπία. Et arbitror ἀκονί-
 σταν ab Amasæo intelligi, quum feretarium dicit,
 quamquam alibi sic γυμνήται reddat. Idem tamen
 ἕτε ἰσπία, quod sequitur, omisit.

D 379, B. Pro καὶ τὰ μακρὰ, lego καὶ τὰ ἀκρα. Nam
 paullo ante Xenophon nonnullos expeditos, quos
 heic πλεῖστεις vocat, εἰς τὰ ἀκρα dimittit. Ne dicam,
 intelligere homines doctos, qualis illa sit Romuli
 versio, qui hæc verba, ὅτι πλεῖστοι οἱ πλεῖστα καὶ τὰ
 μακρὰ, reddidit: *Eos sequentes peltati in longum di-*
rectis ordinibus.

* 382, D. Qui diligenter hæc inspicit, ὡς γὰρ ἐστὶ
 (cum interiectis) ἡ καὶ Ἰνέος, ὅτι Κλέανδρος μελέτησεν,
 facile πλεονασμὸν illius ὅτι deprehendit. Sed animadu-
 uertit & in aliis locis ita Xenophontem loqui. vt in
 πόροις, 930, A. ὡς εἰ μάλιστ' αἰ πᾶσαι αἱ ἀρεστοὶ δὲ πόλιες
 ἀρεστέοναι, ὅτι εἰρήνην δει (τ). Et alius locus infra nota-
 tus ad pag. 489, B. Item ad pag. 601, D. Ita fuerit
 fortassis hic quidam ἀσπικισμός, nec delendum ὅτι,
 vel in articulum ὁ mutandum; quod H. Stephanus
 sine dubio faciendum putauit, me tamen ambi-
 gente.

383, A. Post καβαλῶντες notam punctorum po-
 sui, qua significare volui, vocabulum heic aliquod
 perisse. Nonnulla tamen vidi exemplaria, in qui-
 bus perscriptum esset, καβαλῶντες τὰ σκεύη, *relictis*
sarcinis. Quæ sane vox ideo quoque mihi videretur
 rursus velut in possessionem mittenda, vnde deie-
 cta fuit; quod hac ipsa pagina Xenophon eadem
 vsus sit. Nā vt heic ait, καβαλῶντες τὰ σκεύη: ita istic,
 ἀναλαβόντες τὰ σκεύη, repetit. * Probat hæc H. Ste-
 phanus, sed quia semper aliquid est, quod acutius
 aliis ipse perspicit; animaduerrendum ait, hoc po-
 steriore loco scriptum quidem ἀναλαβόντες τὰ σκεύη,
 sed præfixum tamen etiam τὰ ὅπλα: innuere, credo,
 verbis hisce volens, perinde vt posterius hæc con-
 iuncta sint, ita superius etiam scribendum καβαλῶ-
 ντες τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκεύη, *relictis in loco munio & ar-*
mis, & sarcinis. At quo pergendum erat, armis &
 sarcinis relictis: *ad pugnam instructi progrediemur,*
inquit Xenophon. Heic aulicus iste regius ab aulicis

G

γαυλῶν
 insula.

γαυλικῶν
 χημῶν
 γαυλῶν.

Signum la-
 ctis apud
 Virgilium,
 pro cupa.

Gaulique
 cumba.

ceteris, qui plerumque non omnino rei militaris rudes sunt, exploderetur; quum armis in tuto relictis, militem aduersus hostes inermem velit educere.

Ibidem, D. Locus hic, οἱ μέχρι περικοντα εἰπὼν παύης, ita legitur in H. Stephani editione. Ceteri codices omnes habent περικοντα, quibuscum consentit etiam Romuli versio. Atq; hoc equidem praeulerim. Quippe milites omnes Xenophontem sequutos intelligit, exceptis emeritis. Nec vacationem a militia impetrari a trigesimo anno, sed potius a quinquagesimo, constat. * Stephanus heic se per Aldinam scripturam excusat editione secunda, cuius ignorationem in Germania, magnam sibi hoc etiam loco iniuriam facere queritur. At ego illam non ignorabam, sed in lectione vitiosa Stephani editionem, ceu posteriorem, illa priore silentio praeterita, citandam arbitrabar; quod in ea vitium Aldinae tolli debuerat, aut tam necessaria saltim lectionis varietas ab illo notari, qui glossas alioqui pro verbis contextus, & plurima non necessaria passim chartis illeuisset.

386, D. Si hoc modo legas, καὶ ἄμα ὑφ' ἡμῶν φάλαγξ, ὅτις πλεῖστα ἐκατέρωθεν ποιησάμενοι, ἐπορεύοντο. videri potest aliquid deesse. Nequeunt enim haec recte coniungi, ὑφ' ἡμῶν, & ποιησάμενοι. Non ignoro tamen, quomodo possint haec etiam sine defectu, & nulla mutatione facta, retineri.

* 389, B. Haec verba, ὡς ἀπιστώτως Λακεδαιμονίους, prius ita verti, vt lectionem hanc sequeretur, ὡς ἀπιστώτως Λακεδαιμονίων, quum dicere, Quasi qui a Lacedaemonis defecerimus. Ea lectio non incommoda videtur, & vt ἀπιστώτως non admodum est illi alteri ἀπιστώντως dissimile; sic etiam Λακεδαιμονίων facile transire potuit in Λακεδαιμονίους, ob confusio- nem horum ex abbreviaturis vilitatissimam. Verbis quidem haec Cleandri confirmatur, quae deinceps, p. 392, A. leguntur huiusmodi: ὡς τὸ σπᾶνιμα ἀπιστώτε ἀπὸ Λακεδαιμονίων, quod exercitus ad defectio- nem a Lacedaemonis per vos impellatur. Sed nihil est caussa, cur hanc alteri praefereamus; si dumtaxat ἀπιστώτως scribamus loco illius ἀπιστώντως vitia- ti, quemadmodum superius in notis ad pag. 6, B. faciendum ostendimus.

390, C. 391, A. Heic sequi nos lectionem marginis necesse est, vt legamus non ὡς ἀπίστες, sed ὡς κλέ- αιδες. Nam secundo loco non οἷος dicendum erat, si plures adpellasset, sed οἷος. Monere de hoc lectorem propterea volui, quod hoc loco etiā Romulus sit alucinatus, qui verbum οἷος pro persona tertia cepit, hoc est, pro οἷος. Verit enim; *Et si Cleander me iniuriam intulisse putat.* Recta vero lectionis haec sententia est: *Et si, Cleander, abductum me fuisse putas, velut aliquid iniuste perpetrantiem.* Et posteriori quidem loco H. Stephanus editione altera hoc in contextum admisit.

* 391, A. pro verbis his, δίκαια πάθην αὐτῶν, scripsisse Xenophontem non dubito, δὲν βίαα πάθην αὐτῶν, quorum interpretatio siue scholion est illud in margine, βίαν χεῖλαι πάθην αὐτῶν. Non enim hanc diuersam esse iudico lectionem, sed glossam verae lectionis. Ortus error ex abbreviatura in verbo δὲν, & similitudine litterarum β cū x. initio vocis βίαα. Nam β Graeci libri manu scripti sic habet pictum, ac si tale u Latinum esset, vnde non pauci manasse reperiuntur errores in manu exaratis. Et in notis ad Dionem Cassium nostris idem alicubi adtigimus.

AD LIBRVM VII DE CY- RI EXPEDITIONE.

P Ag. 395, D. pro ὅτι τὸ κέρας ἐκάτεροι ὄρεθρα μὴ κέσται, scribe κέρας ἐκάτερον. Sic & Romulus red- didit.

398, A. pro εἰς κέρας ἦν ὄρεθρῶν ὄρεθρῶντες, scribo ὄρεθρῶντες. Nam ὄρεθρῶν εἰς ἀγροῦν, εἰς κέρας, re- ctum est; non ὄρεθρῶν εἰς ἀγροῦν. quippe ὄρεθρῶν κέρας dicunt, vt Demosthenes ὄρεθρῶν πῆς λο- γισαίς.

* 401, B. Vides heic scriptum Σηλυβρίαν. Ego quum istic essem, nec a Turcis, nec ab ipsis Graecis aliter hoc opidum nominari audiui, quam Σηλυ- βρίαν, Silyurian, non Selybrian, ininus Selym- brian: quod sane quum corruptum esse iudicem, marginibus alteram illam scripturam adnotavi.

Ibidem, E. pro ὄρεθρῶν Μηδοῦ, legitur etiam παρὰ Ἀμαδοῦ in libris ἐκκλησιῶν.

421, C. H. Stephanus sequutus editionem Flo- rentinam, hunc locum ita legit: οὐκοῦν τῶν μὲν ὄρεθρῶν τὸ πεινυεῖται σε καὶ τὴ βασιλείαν τοῖς κατεργασμένοιαν τῶν ἡμῶν χεῖμα. ἵππο ὅδ' ἀπιστώσεται. atque haec verba sic interpretatur, emendata versione Romuli: *Primum itaque fides a te his ipsis etiam quibus regnum parasti, pecunias venditur.* At Seuthes regnum pa- ternum pecuniis redemisse dici nequit. Et quae fuerint illae pecuniae, quibus regnum parauerit? nonne Xenophon paulo ante Seuthen ait in ma- gna pecunia inopia tantum ea re parasse regnum, & militum animos excitasse, quod verax fore cre- deretur? Ego quod pace Stephani dixerim, existimo propius ad Xenophontis mentem Romulum accessisse, si solam interrogationis notam tollas, quam Romulus habet. Nam vt explicem, quid sentiam; legendum aliter arbitror, quam in Flo- rentina, & ipsius editione legatur, nimirum hoc modo: οὐκοῦν τῶν μὲν ὄρεθρῶν, τὸ πεινυεῖται σε, τὸ καὶ τῶν βασιλείαν τοῖς κατεργασμένοιαν, ὅστων ἦν χεῖμα. ἵππο ὅδ' ἀπιστώσεται, quorum hic sensus est: *Ergo primum ho-*

minis fide digni existimatio, quae quidem etiam re- gnum tibi adquisiuit, abs te hac pecunia (quam sci- licet militibus debitam tibi seruas) venditur. Vi- des optime cum superioribus haec cohaerere. Ne- gabat Xenophon, Seuthen initio quidquam mi- litibus numerasse, ac nihilominus illos se ipsi ad- iunxisse dicebat. Cur illud? quia fore creditum ef- fet, vt quae promississet, re ipsa praestaret. Hanc igitur existimationem hominum de ipso primum ait amissurum, si pecuniam militi promissam reti- neat. H. Stephanus editione secunda probat.

* Ibidem, D. Quid sit ἐπὶ κῶσι, notum est velex hoc, quod paulo ante dicitur p. 413, E. ἐν ἐπὶ κῶσι εἰ- σήκη, stabat in loco, de quo audire omnia posset. Qua- propter heic equidē ἐπὶ κῶσι scripsisse Xenophon- tem arbitror. Nam huic respondet, τὸ ἵππο σὺν ὄρεθρῶν, quod sequitur.

* 423, C. pro κακόνοιαν πνα οὐδὲν τις με πρὸς σε, scri- bendū κακόνοιαν πνα οὐδὲν τις με πρὸς σε. His exaratis, vidi animaduersum hoc etiam ab H. Stephano se- cunda editione.

* 425, D. Bis heic irrepsit in locum indebitum, nomen Λυδίας; priori commutandum cum voce Ἀσίας, quum mare minoris Asiae Xenophon intel- ligat, adluens expressa heic loca, Helleponto vi- cina, remota longe a Lydia: secundum, versu ab hoc tertio, in vocabulum Μυδίας mutandum. Nam Lydia

1060
Lydia
cinum
* 42
tius le
vt scrib
non am
chius,
impedi
A
Titulus
liber
P
elle qu
eas
tur eis
relicta
Nihil e
Thucy
cuiusm
phon si
rum T
ad x
pertine
tuit, du
litteris
in adpe
spici po
tur, a c
dentia,
ti, Thuc
plit: qu
reddere
atum re
aufus.
rupta n
tis exer
dixeru
carente
eadem
Prin
tionis h
cipere
Ergo p
repetit
lia mar
quo ru
tisse La
nimiru
ducibus
datum
gnam i
quitur
nem vi
bus Do
darum
cum x
Prælio
si recte
xxx n
opport
tio pug
lio Min
nis ere
Syracu
urere m

Lydia non est opidum Pergamus, sed Myſia, vicinum Troadi.

* 596, E. Qui sint οἱ ἀρεσάτωσιν δημοσίαν, facilius verbis indicari posse videtur aliquibus; quam reable ostendi, quæ vox subintelligatur. Nam Xenophon in libro de Lacedæmoniorum republica, mentionem horum faciens: Sunt, inquit, illi ἀρεσάτωσιν, quicumque cum paribus, eodem contubernio videntur; ut haruspices, & medici, & tibicines, & copiarum apud impedimenta præfecti, & qui supra sponte militant. Hæc tamen verba quum diligenter considero, præsertim quod ait, ὅσοι οὐ σκωλοῖσιν ἢ ὁμοίαν, in eam venio sententiam, vt existimem in his, οἱ ἀρεσάτωσιν δημοσίαν, subaudiri σκωλοῖσιν: idque adeo manifestissime postea patet e dicti libri verbis, quæ leguntur in extremo, quum δημοσίαν σκωλοῖσιν expresse nominat, vti mox videbimus. Idem quoque Turnebum statuisse, virum in litteris cum paucis omnino conferendum, monuit me Guilælmus Canterus meus. Vnum addo, videri mihi δημοσίαν σκωλοῖσιν esse aliam ab ea, in qua rex cum polemarchis verfabatur, adeoque proximam a regia, destinata iis, quicumque belli præsertim tempore publico quodam munere fungerentur. Potest hoc ex illo, quem dixi, Xenophontis libro intelligi; quum refert, non domi, sed foris præstantes vel cenantes reges, ad σκωλοῖσιν δημοσίαν fuisse remissos. Sic enim in extremo dicti libri, p. 690, C. scriptum reperimus: ὅπως ὃ καὶ οἱ βασιλεῖς ἔδωκε (scilicet ὁ σκωλοῖσιν βασιλικῆς) σκωλοῖσιν, σκωλοῖσιν αὐτοῖς δημοσίαν ἀπέδειξε. Vides post βασιλικῆς, sequi δημοσίαν σκωλοῖσιν, qua regibus vti liceret, extra societatem suam foris præstantibus.

ὅσοι οὐ σκωλοῖσιν ἢ ὁμοίαν.

δημοσία σκωλοῖσιν.

σκωλοῖσιν βασιλικῆς.

ἢ ὅπως σκωλοῖσιν, ἢ ὅπως σκωλοῖσιν βασιλικῆς.

596, pro οἱ μὲν ἵπποι, lego cum Pircamero ἵπποις. Nam vertitis non equos, sed equites. H. Stephanus hinc in marginem editionis secundæ trāstulit. * 601, D. In his verbis, ὡς ἐπὶ πύργους αὐτῶν οὐκ ἐγγίγνοντο ἐκ ταύτης, ὅπῃ πέμπων ἐμνήσαντε, cum ceteris, abundare rursus alterutrum ex his, vel ὡς, vel ὅπῃ, existimari posset; nisi πλεονασμὸν, quemdam Atticum prius in huiusmodi genere loquendi notassem p. 382, D. & 500, B. Heic quidem prius illud ὡς irrepsisse videri queat de præcedentis vocis ἕνεκα vltimis litteris es, quibus cum ὡς similitudo quædam. Tale quiddam & paullo post sequitur, p. 604, C. γρόντες οἱ Μαντινεῖς, ὡς εἰ μὴ ἀποκρούσονται αὐτοῖς ὅπῃ πολλοὶ σπῶν κατακλονήσονται. Nimirum & heic illud ὡς, ex vltimis eius vocabuli Μαντινεῖς litteris manasse videri

A posset; nisi πλεονασμὸς hic tot locis occurreret.

606, E. Non potest hoc loco recte legi σιωπεῖσθαι, quum verbum illud ne Græcum quidem sit. Quamobrè arbitror equidē vel σιωπεῖσθαι quod interpretando expressi, vel aliud simile substituendum. Pircamerum certe aliter legisse vel ex eo patet, quod enumerandi verbo id, quod suis in codicibus repererat, expresserit.

608, C. pro εἰς γαλαχόρου, non dubito restituendum εἰς γαλαχόρου. Quippe Neptuni, cognomento γαλαχόρου, meminit Pausanias, sic Laconum Dorumque lingua dicti, qui communi est γαλαχόρος, terram continens, vel qui terræ invehitur. Et notum est idem Neptuni epitheton ex Homero, ποτῆρις que ceteris. Hen. Stephanus hinc editione secunda margini adscripsit.

Ibidem, E. In his verbis, καὶ τὸ μὴ πρὸς τὴν πόλιν παρεσθῆναι αὐτῶν ἐπὶ αὐτοῖς, ἢ δὴ ἔδωκε διαρραλεῖσθαι, arbitror expungendam esse μὴ particulam, post μὲν collocatam; vt ea sententia sit, quam expressi. Videtur quidem μὴ, propter similitudinem cum μὲν, irrepsisse.

610, E. Male scriptum in omnibus libris, etiam H. Stephani, hæc tenus editis legitur εἰ αὐτοῖς διωπατὶ γυμνασίου, quum legendum sit, εἰ αὐτοῖς ἀδιωπατὶ. Nam propterea nobis aliquid comparamus, vt amissis aliquando viribus, non nihil præsidij nobis restet. * Hanc emendationem H. Stephanus hinc tacite surreptam editione sua secunda in cōtextum transtulit. Depravata tamen in priori reperitur.

* 611, A. In hisce verbis, ἐλπίζω ὅτι χεῖρ, ὡς αὐτῶν ἀγαθοῦ μέγιστον, ἢ κακοῦ αὐτοῖς γυμνασίου, mihi non est dubium, rursus illud ὡς superfluum esse.

AD LIBRUM VII HISTORIARVM GRÆCARVM.

AD LIBRUM VII HISTORIARVM GRÆCARVM.

P Ag. 616, C. Haud scio, quid hoc loco sibi velit verbū ἐδῆτο, ne qua ratione cum ceteris coherereat. Fortassis ἐκείθεν legendum pro ἐδῆτο, qua scriptura nihil commodius, ἐκ ἢ ἐβλάδων ἀνίσταντο, ὅπου ἐκείθεν ἐκείθεν, de stramentis surgebant, vbi quisque cubabat. * Hen. autem Stephanus, ne lectionem hanc admittat, vide quam multa retinendi ἐδῆτο causa subintelligere nos velit: vt scilicet ἐκ ἢ ἐβλάδων ἀνίσταντο, ὅπου ἐδῆτο ἐκείθεν, tantumdem sit, ac si scripsisset Xenophon, ἐκ ἢ ἐβλάδων ἀνίσταντο, καὶ ἀναστάντες ἐπορεύοντο, ὅπου ἐδῆτο ἐκείθεν. Bellus sane subaudiendi modus. Si surgentes abibant, quo abeundum singulis erat, ab irruentibus Thebanis opprimi non poterant, quod eis arma corripere licuisset. Id autem faciendi copiam non habebant de stramentis primum surgentes, vbi quisque cubabat, vt e nostra lectione colligitur. Ego vero quum talia scribit Stephanus, sane dubitare soleo, quonam loco cerebrum gestet is vir, qui Germanis cerebrum in plantis collocat.

* 619, C. Locus hic, Ἐναντία Θηβαίως Λακεδαιμονίαν ὃ, cum ceteris, sic & emendandus, & supplendus mihi videtur, ὡς χεῖρ ἐν εἰς αὐτοῖς εἰς Θηβαίαν ἔναντία Θηβαίως πέμπειν. Λακεδαιμονίαν ὃ [λεχόντων] ὡς εἰς τὴν Λακωνικῆν. Ita enim integer erit.

* 620, A. In istis, ὅπου ὅτι γαλαχόρου ὅπῃ πύργου, scribetur rectius, ὅπου ὅτι γαλαχόρου ὅπῃ πύργου. Nam illi ὅπου responderet hoc, quod sequitur, ἐν ταῦτα οὐκ ἔστω.

Ibidem, C. pro ὅτι νίκης τὸ μέγιστον, legendum erit τῆς δὲ. nam alioqui deesset aliquid. Hoc autem mo-

ic 88
modo
tibus
62
tatem
rentin
tur ad
ne sec
62
phan
stultu
lb
u τις
u ὅτι
ne sec
* lb
interca
ἐπι
scribere
extra
versib
* 6
(cum i
ὅτι ὅτι
* 6
legitur
ne sum
delicet
profici
modi
* 63
aliis re
gendu
* 53
κατα
signifi
* 6
dum h
enim d
lum ge
* lb
uic ai
κατα
nus pre
putat,
num h
dum di
militu
ni scrip
verbo
ait, κα
κα, Cam
& sup
105, B.
Exarat
icisse
* 63

modo non erit necesse vel aliud π, vel καί sequen-

623, A. Malo sequi aliorum librorum auctori-

625, C. pro ἐν τῷ πρώτῳ, repono ἐν δὲ τῷ πρώτῳ. H. Ste-

Ibidem, B. pro οἱ δὲ ὅτι πὸ τείχεος, puto legendum οἱ B

*Ibid. C. οἱ ἐξω ἀλόμενοι, non est qui extra urbem

*627, C. Deest in his negatio, ὡς γὰρ πῶς σὺ πῶς μιν

*633, E. Scio, qua possit ratione defendi, quod

*634, E. Non ὡς ἐν τῇ ἐαυτοῦ πόλει ἔχοντες, sed cum

*635, A. Loco verbi περὶ σπουδαίου repono περὶ

*636, C. In his, καὶ τὰ ἐαυτοῦ πατρίδῳ, legendum

Ibidem, E. Corruptum esse in his, νομίζοντες ἔ-

*637, B. Bis heic in vna voce peccatum. Quip-

pe non legendum, εἰ μὴ αὐτὸ π, nec linea sequente,

*641, B. Corrupta sunt istae, καὶ ἄνευ ἐπαυλιῶν,

*642, E. Leue quiddam esse videtur, sed recte

643, D. Arbitror rectius legi μηδὲν πλεον μαχεῖσθαι

646, A. In omnibus editis haec enus libris ὅτι

Ibidem, E. Verbum συννενοηκότες prorsus huic lo-

Articuli defectus. al. ἰστέον πείν.

IO. LEVNCLAVII NOTATORVM AD XENOPHONTEM LIBER II, REPVRGANDO A MENDIS TOMO POSTERIORI.

Tomus secundus cur diffcilior.



ABENT iam lectores tomum priorem, insigni cum accessione locorum emendatorum, & diligentia nostrae. Pergendum ad alterum, & in eo tanto magis elaborandum, quanto minus ab aliis heic praestitum. Prior quidem hoc duplo fere maior est, sed observationes in posteriores hosce libros Xenophonteos, ab H. Stephano editae, vix quintam eorum equant partem, quae in priorem congestit. Incertum etiam, qua de causa pleraque, Schediasmatum suorum operi magno, & toties ab se laudato reseruata, nobis haec tenus inuideat; & quando tandem illud in lucem proditurum sit. Pluribus quidem ab annis frustra expectatur. Nec desunt, qui eum hoc astu putant alios deterrere velle, ne quid in Thucydide, Herodoto, Xenophonte, Dione Cassio, quorum libris adfixum huius herbae parietariae Schediasmatum nomen adheret, vtilis operae collocet: quando primi nominis, opinione sua, criticus nescio quid schediasmatum in eos ab annis iam viginti plus minusue promiserit. Itaque plus heic & ipsi libris Graecis expoliendis, & cum dexteritate Latino sermone tradendis, adhibendum mihi studij fuit, ac laboris exhaustiendum. Tantum sane videt effectum industria mea lector, vt hoc a me notata libro in tomum Xenophontis posteriorem, qui parte dimidia priori minor est, prope modum magnitudine sua praecedentibus paria sint. Omissa vero longiori proemio, re totius ipsa viris eruditus aestimandum huius operae fructum offeramus.

AD AGESILAVM XENOPHONTIS.

* P Ag. 651, A. Pro δὲ τὸ μείνων ἀντιγράφοι ἐπιγράφων, scribendum δὲ τὸ οὐδὲ μείνων ἀντιγράφοι ἐπιγράφων. Causam intelligis ex ipso verborum sensu. Adlato libro secundae Stephani editionis, vidi etiam illud de οὐδὲ ἀντιγράφοι differere, ac prolixè quidem.

* 652, B. Quod heic legitur, ἐάν δῶσιν αὐτῶν πενήκοντα μὲν Σπαρτιάται, rectius scribetur ἑξήκοντα μὲν Σπαρτιάται. Nam xxx viros Spartani regibus adiungere magnis in expeditionibus solebant, isque numerus adiunctorum Agesilao in hac etiam militia, non semel in Graecis libris reperitur. Versu etiam sequenti περὶ τῶν νεοδαμωδῶν legitimus, qui δὲ γὰρ οὗτοι εἰσι τῶν ἑλλήνων.

Ibid. E. Legimus heic ἐπιβίβω παρῶσιν, quod est pacem conficere; quum in Graecis sit ἐπιβίβω ἔχει, pacem habere. Sed existimem, hoc ἔχει ab ipso Xenophonte sic correctum; vt etiam versu ab hoc tertio scriptum ἐνέμεινε τῆς ἀποστάσεως, quum in Graecis inueniatur ἐπέμεινε.

* 653, D. pro εὐθύς ἀντιγράφοις, scriptum in Agesilao εὐθύς τῶν ἀποστάσεων, quod rectum erit, si addatur praepositio, εὐθύς εἰς τῶν ἀποστάσεων. Ac

A perit eis, propter similitudinem eius cum vltima syllaba praecedentis εὐθύς.

* Ibidem, E. pro ἔλαβε scriptum in Graecis ἐλάμβανεν. Id recte superioribus illis, ἐπορεύετο, & ἦγε, & καπερέφετο respondet.

* 654, D. Existimem pro istis, καὶ τῶν ἀεικλιῶν τεχνῶν, scribendum, καὶ τῶν ἀεικλιῶν τεχνῶν ἕνα τῆ φιλαίθροια ὑποχέου ἐποιεῖτο, quum durior sit oratio, si ἕνα subintelligatur. Facile quidem fieri potuit, vt ἕνα propter similitudinem cum τῆ sequenti a librariis ommitteretur. Sed Graecis eiusmodi exempla superius etiam notauimus ad p. 548, A.

* Ibid. E. De lectione marginis, παρεχόμενον, quam vocem pro ἰσχυρόν, ego substitui, vide superius ad p. 499, C. notata.

* Ibidem, pro ὡς ἐξέσαι legitur in historiis Graecis ὡς ἐξέσαι. Addamus heic vno loco & alias lectiones collocatas, p. 655, C. pro κακίνα ἰδών, ibid. καὶ κείνο ἰδών. & statim post pro σέβοιεν, ibidem σέβοντο. & litera eadem non περὶ τῶν, sed περὶ τῶν rectius ibidem legitimus. Item litera D. eiusdem p. pro ἐμβάλειν ibidem ἐμβάλλειν. Item ibidem, E. pro αὐτῶν ἀπὸ rectius ibidem αὐτῶν οὐπὼ. Item versu ab hoc quarto, pro ἐμβαλεῖν ibid. ἐμβαλεῖν scribitur.

655, B. Pro κναφεῖς non dubito reponendum γραφεῖς, sicut etiam in margine notavi. Nam vt heic coniunguntur σκυπέτις καὶ γραφεῖς, ita supra in Graecis scripsit οἱ σκυπέτιμοι καὶ οἱ γραφεῖς, quod postremum cum κναφεῖς adfinitate nullam habet. H. Stephanus γραφεῖς editione secunda margini adscripsit, cum infami littera Π, multis haec tenus aliis etiam adiecta, quae de notis meis prioribus sum sit.

Diuinandum vero nobis relinquit, nequaquam OEdipis, quid in illo Π secreti lateat. Si Π lectionem fortasse παλαιά, antiquam, denotat, sane denovo quaeremus, an talia de libris ex aula regis Henrici I I domum adlatis depromserit, quo tempore Xenophontem depereratam editione altera extrussit, ne a me preueniretur, cuius tamen labores aliquos iam tunc in manibus habebat: an solita fraude, & occulta quidem, in auertendis alienis vtatur. Editione quidem prima protulisset haec, si quid eorum habuisset: secunda, si demas ex Camerarij, Gabrielij, nostris lecythis hausta, cum adrogantibus illis censuris interpretum, noui nihil adtulit; vt praecipue de hoc Xenophonteorum operum tomo posteriori perspicere licet.

656, A. Supra in Graecis pro εὐθύς τῶν Σαρδανῶν τὸν ἐχάρησε, legitur rectius εὐθύς εἰς τῶν Σαρδανῶν. quae praepositio mihi quidem omitti non posse videtur, & perit propter similitudinem cum vltima syllaba dictionis εὐθύς praecedentis. H. Stephanus editione altera de notis meis in contextum transtulit, idem procul dubio facturum in εὐθύς εἰς τῶν τῶν ἀποστάσεων, quod paullo ante posuimus, si tunc deficiente secreto Π, in iisdem notis illud reperisset.

Ibidem, pro ἐπιβίβω καὶ ἀπαρτῶν legitimus in Graecis ἐπιβίβω καὶ ἀπαρτῶν. H. Stephanus hinc in mar-

H. Stephani II.

marginem transtulit, more suo etiam libri cuiusdam veteris ad sensum verbis proferens, quo prius caruerat.

* Ibidem, B. pro κερών ηγήσατο, legitur in ελληνικών historiis κερών ηγήσατο. sed equidem κερών, rectius existimo.

Ibidem, C. Rectius heic legitur, εκ τῶν ὀπιπῶν, quam in Græcis historiis, εκ τῶν ἰωπέων. Rurfus heic male, ἐκέλευσε ἄναξ ἀφ' ἠβης θεῖν: quæ rectius istic, ἐκέλευσε τὸς δέκα ἀφ' ἠβης θεῖν. H. Stephanus in hoc nos editione altera sequutus est.

* Ibidem. Pro ἐμβαλεῖν rectius in ελληνικαῖς scribitur ἐμβάλλειν.

* Rurfum, ibid. D. pro ἐφ' ἀρπαζῶν ἐπρέποντο, reperitur in historiis Græcis ἐς ἀρπαζῶν ἐπρέποντο.

* 657, C. Nemo non videt in his aliquid abesse, ἐπεὶ δὴ ἠλθεν αὐτῶν δὴ οἰκοὶ τελευτῶν . . . βοηθεῖν τῇ πατρίδι. Etenim præter illud ἠλθεν, aliud haud dubie ponendum erat, nimirum ἀγέλας, vel aliquid aliud tale. Nam id quidem haud sufficit. Ego paucis aio, sic a Xenophonte scriptum fuisse: ἐπεὶ δὴ ἠλθεν αὐτῶν δὴ οἰκοὶ τελευτῶν ὁ ὄπισθεν βοηθεῖν τῇ πατρίδι. Quippe fuit omissum illud ὁ ὄπισθεν, propter similitudinem cum vocabulis præcedentibus οἰκοὶ τελευτῶν. Quasi manu me duxit ad inveniendam hanc emendationem id, quod superius ἐλληνικῶν libro IIII, p. 513, B. legitur in harum ipsarum rerum narratione, verbis his: ὅπῃ ἡ πόλις ὄπισθεν αὐτῶν βοηθεῖν ὡς τὰ χεῖρα τῇ πατρίδι: quibus inesse pleraque videmus, heic etiam posita. Peccatum similiter superius libro III ἐλληνικῶν, vbi ad p. 501, D. notata quarito.

Ibidem. Rectius omnino legisse conicio interprete Philelphum ἐν τῷ ἐφορέῳ, quæ si vel φορεῖ scribas, vt H. Stephanus fecit, vel φορέῳ, vt alij. Nam hoc nomine significari curiam ephorum, quos heic per τὸς πέντε, per quinque viros, notauit Xenophon; ex Plutarcho, & alijs, parer. * H. Stephanus editione secunda textui meam hanc emendationem nõ in elegantem inseruit, Philelphum auctorem prætexens, apud quem id priori editione non obseruarat, secunda obseruare non poterat ob festinationem. Sed erat in meis inuenire procliue.

* 658, B. pro καὶ τῷ κερῶν, legitur in Græcis historiis κερῶν τῷ κερῶν, quod rectum arbitror. Nam quos apud se habebat, deinceps misisse legitur. Versu post hunc tertio, πρέσαντες βάδλυ ἀπεχώρου, mutandum in πρέσαντες, sicut etiam in historiis Græcis reperitur.

* Ibidem, D. Quod heic legitur, πρὶν ἢ ὅπῃ τῶν ὄρει σιθηρακίων τῶν ἀνθρακίων ἐγγύοντο, antequam ad carbonariorum montem peruenissent, vitiosum esse colligitur ex historiis Græcis. Habent enim illæ, πρὶν ἢ τῶν ὄρει Ναρθακίων ἐγγύοντο. Vt autem in his Ναρθακίων, vel etiã Ναρθακίων probandum, quia Ptolemæus quoque montem Narthacium vocauit, & paullo post sequitur Ναρθηκίον, mutandum in Ναρθακίον, quod & mons, & oppidum nomen habuit: ita malim ex his dicere, πρὶν ἢ ὅπῃ τῶν ὄρει τῶν Ναρθακίων, quam vt istic, ὅπῃ τῶν ὄρει Ναρθακίων. Quidam ἀτρακίον Strabonis, & tam ἀτρακίον, quam ἀτρακίον Stephani Byzantij huc trahunt.

* Ibidem. Post ἀθλωαίος inserui ἀργίος, ex historiis Græcis. Ac paullo post heic quoque mentio fit Argiuorum in descriptione conflictus.

659, A. Scribo τὸτ' ἄλλο σράτευμα, non τὸ δ' ἄλλο, quod etiam superius nobis occurrit. H. Stephanus editione posteriori probat.

Ibidem, B. Aristides in bello κερῶν ἀφελῶς λόγου, legit ἀπαντα μὲν χαλκῶν, ἀπαντα δὲ φοίνικα, non φοίνικα: cuiusque dicendi generis rationem indicat. Hunc dicere Stephanus Hermogenem interdum solet.

* Ibidem, D. pro εἶχε δὲ ὁ Ἀγησίλαος μὲν τὸ δεξιὸν τῶ μὲν ἑαυτῶν, legitur in historiis Græcis, ἀγησίλαος μὲν δεξιὸν τὸ μετ' αὐτῶν, in quibus exiguum discrimen. Sed vltima linea scriptū heic ἀφικόμενοι ἐπὶ τὸ καθεῖ ἑαυτῶν, pro quo malim scribere cum historiis Græcis, ἐπὶ τὸ καθεῖ ἑαυτῶν.

B * 660, A. pro εἶσι, scripsit Xenophon in historiis Græcis εἶσαν: pro νίκη σὺν ἀγησίλαῳ ἐγγύοντο, ibidem, C. est νίκη ἀγησίλαῳ ἐγγύοντο: & sequenti linea, loco verbi κερῶν ἐγγύοντο, scriptum illic κερῶν ἐγγύοντο. Rurfus linea post hanc tertia, pro καὶ εἶσι, legitur νεῶ εἶσι, quod magis est Atticum, & propterea Xenophon τῶτον. Item ibid. D. pro σάμαλι, reperit Philelphus σάμασι, commodius quiddam altero. Item eadem pag. E. pro Γύλον reperimus illic Γύλι, quod rectius arbitror. Denique sub initium pag. 661,

C A. pro κατανοήσαντες omnino reponendum κατανοήσας, vt respondeat sequenti στρατεύς, & rurfus alteri δηῶδες. Nam alioquin addendum erat ad κατανοήσαντες aliud quiddam, videlicet οἱ Λακεδαιμόνιοι, cuius causa si maxime στρατεύς mutes in στρατεύουσι, vt notatum ad marginem in quibusdam; tamen sequentia non congruent, videlicet nec δηῶδες, nec ἰσθμίων, nec ἀρεῖ, cum ceteris vltius subiectis.

661, A. Quod heic legitur καὶ τὰ σενά, rectius est, quam illud in ἐλληνικαῖς supra, p. 525, B. καὶ τὰ σενά. Nõ multo post, pro ὑακίονθνα, lego ὑακίονθνα. H. Stephanus editione secunda hoc in textum admisit.

Ibidem, B. Negat H. Stephanus editione priori se locum hunc, ἐπιπέως πῶς Κορινθίους ἐγγύοντο, potuisse corrigere. Verum si Germanicas editiones consulisset, scriptum inuenisset non πῶς Κορινθίους ἐγγύοντο, sed πῶς Κορινθίους σιωεγγύοντο. * Post, in editione secunda, tacite locum hunc ita scriptum in contextum recepit, & quod prius in adnotationibus suis scripserat, se locum emendare non posse, profus inductum delerumque sustulit; ne vel Germanis hoc debere se fateri cogereretur inuitus, vel secordia propria vestigiū aliquod accusator inertia Germanorum relinqueret.

* Ibidem. Pro ἐνδιδομένης τῆ πόλεως, ἐξ ἀείσου μετὰ στρατοπέδου, legitur in historiis Græcis, μετὰ διδομένης τῆ πόλεως μετὰ ἀείσου μετὰ στρατοπέδου. Quæ lectio confirmatur etiam inde, quod postea subiicitur, δέισαντες μὴ μετὰ διδοῖτο ἡ πόλις ὑπὸ Ἰνῶν, hoc est; *veriti, ne ab aliquibus vrbs proderetur.*

* Ibidem, C. Hæc verba, καὶ τὰ πύργη ἀναπέτεχτο, sic editione mea priore reddidi, ac si scriptum esset, καὶ τὰ πύργη, οἷς ἐπέτεχτο. * Hen. autem Stephanus editione sua secunda mauult legere, καὶ τὰ πύργη, ἀναπέτεχτο. Probat hoc per ista ex ἐλληνικῶν libris verba, Οἰνόλω τὸ ὀπετεχόμενον πύργος ἀίρεῖ. Ego illud οἷς ἐπέτεχτο, referebam ad Piræum. Sed præstat referre ad alia, præter Piræum, castella; in quibus erat & Oenoë. Tandem ab H. Stephano recuperata lucubratione mea secunda, reperi & hæc lectionem margini adscriptam, τὰ πύργη, ἀναπέτεχτο, cum interpretatione huiusmodi: *Sed etiam castella, quæ instaurata denno fuerant.*

Ibidem, D. H. Stephanus legit editione priori, ἕως τὸς Λακεδαιμονίους συζήσαντας Κορινθίων, cum ceteris, quasdam editiones sequutus; quum legendum sit,

ἀντιπύργων ὅτι ἐπιπέως

ἐφορέων, ex φορεῖ, curia ephorum.

σιθηρακίων τῶν ἀνθρακίων ἐγγύοντο. Ναρθακίων ὄρη. Ναρθηκίον.

τῆς δὲ ἀκρίτου ἀποδομῆς φησὶν. Posteriori verbis his adfensus, ita scripsit in ipso textu.

663, A. Rectius in aliis exemplaribus legitur ὁ ἄσως, de qua Stephani Byzantij nomenclatorem consule, quam in Hen. Stephani editione prima ὁ Νάσως. Secūda vero sumtum hinc ὁ ἄσως, transtulit in contextum.

* Ibidem, B. Non coherent hæc, Μαύστωλος ἀπέπεμψεν αὐτὸν εἰς ἀσῶν, ἀποστομπεύδοντες μεγαλοπρεπῆ. Itaque videndum, an scribi debeat, ἀπέπεμψεν αὐτὸν εἰς ἀσῶν, ἀποστομπεύδοντες μεγαλοπρεπῆ: an illa mutatio δόντες in δού, admitti nō debeat, in qua sum equidem nunc opinione. Frequentes vero sunt vocum ac verborum traiectiones in hisce libris Xenophontis, a negligentia libratorum profectæ. Quapropter existimo, statim post illa, quæ versu ab hoc tertio superius leguntur, ἡμίματ' ἀμφοτέροι' ἔδοξ', reponi debere hæc verba, ἀποστομπεύδοντες μεγαλοπρεπῆ. Nam quum illa forte omis̄sa, & deinde in margine collocata essent: per calligraphi alterius incertiam locum deinceps indebitum occuparunt. His igitur ordini suo restituis, nihil mutandum restat, præter illud ἀπέπεμψεν, in ἀπέπεμψεν. H. Stephanus sententiam meam priorem probat, ego posteriori potius adfentior. Exemplum simile traiectionum vocum paullo post inuenies, ad pag. 677, E.

Locus emendatus difficult.

H. Stephani promissa admodum schediasmatis.

* 664, B. Locus hic mutilus, & punctis quinque notatus hoc modo, ἢ τὴν ἐαυτῶν φιλίαν. . . . μὲ ἄκρου εἰς ταυτὸν ἰέναι, sic pro deplorato, secundæ quidem editionis tempore, ab H. Stephano relictus est. Ne tamen nihil habere remedij ad eum sanandum existimetur, adscribit more suo, se non modo sensum eorum verborum, quæ defunt; sed etiam illa ipsa, quænam sint, coniectura sibi adsequutum videri suis in illis SCHEDIASMATIS. Ita nos operis eius expectatione diuturna suspensus tenet, atque adeo præ nimio illius videndi desiderio languētes ex cruciat. Sed meo iudicio male facit, qui euntatione sua nobis hypocauticis occasionem cogitandi de locorum talium emendatione præbet; ac mensibus æstiuis, postquam aère benigniore de nostris illis hypocautis prodimus, diuinare de secretis SCHEDIASMATVM suorum patitur. Nam quidquid ad explicationem horum id temporis præter spem se nobis obrufioris alioquin genij forte fortuna, felicius offert, id totum schediasmatis Stephaneis, tardius in lucem exeuntibus, decedit. Sed videamus, ecquid in ipso solstitio æstiuo, iussis valere iam pridem hypocautis, proferre in medium ad emendationem loci adeo mutilati possim, quod non ab homine profectum existimetur, qui cerebrum in plantis conculcatum gesserit. Dico igitur hæc verba, post vocem φιλίαν, quæ periodum præcedentem claudit, † μὲ ἄκρου εἰς ταυτὸν ἰέναι: sic integritati pristina restitui debere: καὶ πῶς ἐαυτῶ μὲ ἄκρου εἰς ταυτὸν ἰέναι: quibus iam respondent illa sequentia, ἀγροισιὰ φ' αὐτῶς ἐνεχίειλον: hoc est, Et cum suis quidem hominibus in eundem locum coire reformidabant, at Agesilao in manus ipsimet se tradebant. Vitiatus autem locus inde fuit, quod exiguo spatio bis illud ἐαυτῶ hoc modo repeteretur: τὰς ἀκρόνου σπονδὰς πρὸς τὴν ἐνὸν, ἢ τὴν ἐαυτῶν φιλίαν. Ἐ πῶς ἐαυτῶν μὲ ἄκρου εἰς ταυτὸν ἰέναι, ἀγροισιὰ φ' αὐτῶς ἐνεχίειλον. Expectemus nunc animo nō nihil æquiore, quid Stephani schediasmata rei secretioris de hoc loco tandem aliquando nobis sint patefactura.

* Ibidem, D. Suspectum mihi est illud, πάσις ὁ στρατηγίας στρατηγός, quod & in aliis, & in vtraque Stephani editione reperitur: ideoque scribendum aliter arbitror, videlicet πάσις ὁ στρατῶν στρατηγός, quod vitio caret. Ostendimus etiam superius, libro notatorum priore, horum inter se permutatorum exempla.

* 667, A. In his verbis, πρὸς τὸν μὲ ἐαυτὸν τήλων, profus abundat illud μὲ, ac vel expungendum erit, vel in αεί, vel aliud quidpiam ei similis mutandum.

668, A. Hæc verba, ὡς ἀπερ' αὐτὸν παρ' ἑνός ἢ σωφρονεσάτη, Aristides sic collocasse Xenophontem tradit, ὡς ἀπερ' αὐτὸν ἢ σωφρονεσάτη παρ' ἑνός, eiusque rei rationem adfert in libello περὶ ἀφελῆς λόγου. Atque hinc patet, non abs re illa de omis̄sis articulis a me paullo antecum aliqua diligentia fuisse notata; quum etiam in transpositione articuli veteres aliquid momentisum esse iudicarent.

* 669, A. Ista minime integra, ἐγγύς δ' μύελοι πεθαίνεν, sic ex historiis Græcis suppleo, ἐγγύς δ' ἦν πολέμων μύελοι πεθαίνεν. Illud autem μύελοι non decies mille, sed innumeros reddidi; quum in historiis Græcis legatur, ἦν πολέμων παμπληθεῖς, hostium numerus ingens: ut sit vtrimque dictum ἀόριστος.

* 674, D. Locus hic asteriscis notatus in editionibus Stephani, ἐκείνος γουὶ ἐν ἀπίτε μάλιν καὶ καλλὶ ἐφιέμενος τὸ σῶμα φέρειν ἠδυνάτο τὴν δ' ψυχῆς αὐτῆς ῥάμβου, ita cōuersus a me prius fuit, ut verba Græca fere sonant. Nunc vero, quia sic integrum legisse mihi Philephus videtur, ἐκείνος γουὶ ἐν ἀπίτε μάλιν ἔκαλλὶ ἐφιέμενος [ἀρετῶς, ἕως] τὸ σῶμα φέρειν ἠδυνάτο τὴν δ' ψυχῆς αὐτῆς ῥάμβου: ea verba sic reddere interpretando volui, Numquam ille saltem despondit animum, quo minus magna ac pulchra virutis studio duceretur, quam diu corpus ferre robur animi poterat. Atque in hac lectione nobis ad quietendum existimamus, donec aliquis ostendat, aliter aliunde, quam e Philepho, locum restitui debere. Quamquam haud video, cur ita scripsisse Xenophontem, nisi certiora de libris manuscriptis notæ melioris promat, negare quispiam velit.

AD LACEDÆMONIORVM REMPUBLICAM.

* Pag. 675, A. Exordij forma istæ, ἀλλ' ἐξ ὅθεν ἄν ἦν ἡ πόλις, quæ videtur aliquibus abrupta, hic Xenophonis non insolens est Xenophonti; qui sic & Sympotium suum incepit, ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ. Et ex hoc ipso patet initio, scriptum hoc esse Xenophonticum; contra iudicium Demetrii cuiusdam Magnesij, negantis inepte, Xenophonti tribuenda, quæ nemo non ex verbis & sententiis pro Xenophontis agnoscit.

Ibidem, C. Adlata mihi lucubratione mea in Xenophontem secunda, Taurini elaborata, dum illic in aula principis illius degerem, quam ab H. Stephano inuito vix tandem recepi, statim in ipso libri huius initio notatam pro his, οἴνου καὶ μέλιτος ἢ πᾶμπαν ἀπεχόμενας, ἢ ὑδαρὲν χρωμένους δέξασθαι, aliam tamen inueni scripturam, ἢ πᾶμπαν ἀπεχόμενας, ἢ ὑδαρὲν χρωμένους δέξασθαι. Eam indicare volui, licet aliam interpretando sequutus.

Ibidem E. scriptum erat τὸ πρὸς τὸν τῆς ῥῶν, ubi nostri legunt τὸν πρὸς τὸν τῆς ῥῶν.

* 676, A. pro εἰ βλαστάνοιεν, quod apud Sto-
bæum reperitur, in aliis magis vitiose legitur, βλά-
πιοιεν. Id dum Camerarius in κλέπιοιεν, vel κλάπιοιεν,
mutandum putat; sane locum non minus corri-
gēdo peruertit, quam Philelphum vertendo per-
uertisse memorat. Dixi vero, εἰ βλαστάνοιεν, minus
esse vitiosum; quia sic facillime restitui hæc posse
iudico, ἐρρωμένεσσι δὲ γίγνεσθαι εἰ βλαστάνοιεν. Non
enim ignoro, cur Henricus etiam Stephanus pa-
rum sibi βλαστάνοιεν placere dicat, in huiusmodi scilicet
collocatōne, εἰ βλαστάνοιεν, qua verbum hoc
ἀρρηκτικῶς accipi necesse est. Sed emendatio mea
causam hanc displicendi tollit, ut usus sit hoc Xe-
nophon, quemadmodum & Sophocles, ἡ ἀριστοῦ
δουὸν βλαστάνοιεν. Atque hoc modo nec longe petitam
eiusdem Stephani coniecturam de substituendo
ἀφελείπιοιεν, quod neque cum βλαστάνοιεν, neque cum
βλάπιοιεν, alicuius momenti similitudinem habet,
admitteremus.

* Ibidem, B. pro καὶ τὸ νόμιμον ἐπίσησε, rectius est
legi, καὶ τὸ νόμιμον ἐπίσησε, hoc est, etiam huic le-
gimitate esse voluit, vel potius, etiam huic lege per-
misit.

* 677, E. pro ἀρπίασι πυρῶν παρ' Ὀρθίας καλὸν θεῖς,
recte Camerarius scribendum ostendit, ἀρπίασι
πυρῶν καλὸν θεῖς, παρ' Ὀρθίας (subintellige βωμῶν) μα-
σιζοῦν ἐπίταξε. Nam ciborum furto lege permisso,
etiam triticum hoc nomine comprehensum fuisse,
dubitari non debet; præsertim quum tritici,
furto ab eis auferri soliti, Plutarchus quoque me-
minerit, ac in tritico præcipue sit λιμὸδ' ὀπικουεῖα
leuamen famis, ut Xenophon loquitur. Quæ vero
statim sequuntur, τὸ πρὸ δηλοῦσαι, rectius existimem
scribi, τὸ πρὸ δηλοῦσαι; ac rursus, δηλοῦται δὲ ὅτι
καὶ ὅπου πάρος δέ, malim ita, δηλοῦται καὶ ὅτι
ὅπου πάρος δέ.

679, A. Quum Philelphi versionem confide-
ro, legisse is mihi videtur, non πλείους μὲν πόνοις αὐτῶν
ὑπέβλεπε, sed aliquando rectius, πλείους μὲν πόνοις αὐ-
τῶν ὑπέβλεπε. Non tamen nescius sum, etiam alte-
rum illud utcumque defendi posse.

* 680, D. Quum ἀργυρομένων Camerarius in ἀ-
γρευομένων mutat, recte facit, quum pro sequenti ἀρ-
γῶν, reponit ἀρῶν, incite. Nam parum fuerit a di-
uite panem contribui: totam vero prædam venatu
captam, quæ ἀγρὰ est, in commune conferri,
maius aliquid, & homine locuplete dignum.

* pag. 681, litera B. Vitiosa sunt hæc, ὀπιμυεῖ-
σαι, ὡς μὴ ποτε αὐτοὶ ἐλάττωσιν τὸ σιτίον γίγνεσθαι. Primum
certe ὀπιμυεῖσαι, locum habere nequit. Nam quid
tamdem est, γίγνεσθαι ἐλάττωσιν τὸ σιτίον, fieri cibis infe-
riores? Coactus aliquis et uisus potest, idoneus
sane non potest. Itaq; dico scripsisse Xenophon-
tem, ἐλάττωσιν τὸ σιτίον, ne fiant inferiores aut dete-
rioris conuictioribus. Deinde vel ὀπιμυεῖσαι, ὡς μὴ
ποτε αὐτοὶ ἐλάττωσιν τὸ σιτίον γίγνεσθαι, scribendum;
vel ὀπιμυεῖσαι τὸ μὴ ποτε αὐτῶν ἐλάττωσιν τὸ σιτίον γί-
γνεσθαι, quorum alterutrius optio per me quidem
aliis relinquatur.

* 684, C. In his, ἡ αὐτῶν ἀνδρῶν αἰτίαν ὑπεκρίνον,
repono τὸ ἀνδρῶν: sicut & pagina sequenti 685, G
B. viros huiusmodi culpæ obnoxios ἀνδρῶν vo-
cat. & 684, D. in his, τὴν κρίσιν τῆς γερουσίας παρὰ θεῶν,
adnotata erat lucubratione mea secunda, lectio
alia, παρὰ θεῶν.

Ibidem, E. In his verbis, ὅτι ὅπου οἱ βουλομένοι ὀπι-
μυεῖσαι τὸ ἀρετῆς, οὐχ ἵκανοὶ εἰσι τὰς παρὰ θεῶν αἰτίαν, par-

ticula negans ante βουλομένοι deest; qua restituta,
sensus efficitur, quem interpretando expressi, re-
spondentem verbis Græcis huiusmodi, ὅτι οἱ μὴ βου-
λομένοι ὀπιμυεῖσαι τὸ ἀρετῆς, cum sequentibus.

685, D. pro τὰς στρατίας τεpono τὰς στρατίας, in quod
Philelphum quoque mecum facere, verba eius
indicant. H. Stephanus editione secunda in tex-
tum admisit.

* 686, A. pro πολεμικῶν τῶν δὲ πύλων, plenius scri-
bendum aio, πολεμικῶν τῶν δὲ πύλων: & respicit
hoc πύλων, ad ἀσπίδα, vocem præcedentem, sicut
αὐτὴν ad σὸλλω φουρνίδα.

* 687, B. In his, τὰς μὲν τὰς τὰ ὀπλὰ εἰς βλεπύνας,
abundare μὲν illud videtur.

* Ibidem, C. Illud αὐτῶν ἴσως συμπαρόντες, vitiosum
& σόλοικον est: pro quo si scribas αὐτῶν ἴσως συμπαρόν-
των, sublatus ille solæcismus erit; nimirum in istis
verbis νῦν δὲ ἡ δὴ καὶ ὑποξένων, subaudiendo παρὰ φυ-
λάσονται. Originem scripturæ corruptæ ad abbrevi-
aturas Græcas refero. Camerarius sequentia
quoque mendosa putauit, sed sine causa; sicut in-
telliget, qui cōferet ipsius interpretationem cum
mea.

* Ibidem E. pro οὐτε ἀδείπτον οὐτε δρόμον ἐλάσσει
πιεῖσαι, scribendum potius εἴτε ἀδείπτον, εἴτε δρόμον ἐ-
λάσσει πιεῖσαι. Camerarius quidem in his reddendis,
dum scripturam vitiatam sequitur, impedit.

* Ibidem, pro τὸ πρὸ ἀποσκοπὸν ὑπολύεσθαι, ali-
quanto melius scribi videtur τὸ ἀποσκοπὸν ἀπολύεσθαι.
Camerarij mutata vox τὸ ἀποσκοπὸν in τὸ ἀπέρτερον κό-
πον non placet; minus etiam in τὸ πάρος κόπον. Loqui
sane videtur Xenophon de speculatore suum in
locum ablegado, qui faciat officium interea, dum
pranderetur. Nec verbum tamen ἀπολύεσθαι mihi om-
nino satisfacit.

688, B. Notatam lucubratione mea secunda
reperi pro ὀπιμυεῖσαι lectionem aliam, ὀπιμυεῖσαι.

* 689, A. Ad hæc verba, οἱ τὸ στρατὸν . . .
ἀρχόντες, notas punctorum inserui, quibus aliquid
abesse significarem. Nam de polemarchis, qui
cum rege reuera τὸ στρατὸν ἀρχόντες erant, iam ante
dictum; nec illi profecto post haruspices, medi-
cos, tibicines, recensendi erant. Quapropter a-
lios minorum gentium duces ac præfectos hoc lo-
co fuisse positos a Xenophonte statuendum est,
adeoque supplendum in his verbis, quod deest,
ex pagina præcedentis littera D. ubi leguntur στρα-
τὸν σκευοφορεῖσθαι ἀρχόντες, coriarum apud impedi-
ta præfecti.

Ibidem, C. Pro ἀρχόνται, legit Philelphus ἐρχοῦνται,
sed non satis bene.

* 690, C. pro τὴν μὲν βασιλείαν παρὰ τὴν πόλιν, non
dubito scribendum, ὑπὸ τὴν πόλιν. Sic enim & de
Perfici regis sacrificiis ait libro παιδείας VII I Xe-
nophon, p. 229, C. τὸ πρὸ τῆς πόλεως ὑπὸ τὴν πόλιν: & de
ipso Sparta rege Agesilao, III ἐλληνικῶν, 493, D:
ἐπὶ τὸν αὐτὸν (cum interiectis) ὑπὸ τὴν πόλιν.

AD ATHENIENSIVM
REMPUBLICAM.

Pag. 692, C. Videtur Castalio reperisse ante
ἐπίσης τῶν ἀνθρώπων verbum ἔνεστιν, hoc quodam
modo scriptum; καὶ ἡ ἀμαθία δὲ ἐνδραχνημύξεν ἐνεστιν ἐ-
πίσης τῶν ἀνθρώπων. Id rectum arbitror, & in reddendo
sequutus sum.

* 693, B. Locus hic, ἀνάσσει τὸν ἀνδραπόδιστον δού-
λον, YYY 2

Locus e-
mendatio
difficilis.

λαύαν, να λαμβάνων μὲν ἀποφορεῖς, καὶ ἐλευθε-
 ρους ἀφέναι. a Seb. Castalione, Camerario, H. Ste-
 phano, relinquitur in emendatus; & propterea tam
 a Castalione, quam Camerario non recte reddi-
 tur. Ego pro να λαμβάνων μὲν ἀποφορεῖς, scri-
 bendum dico, να λαμβάνων μὲν ἀποφορεῖς (scilicet πᾶ-
 νί δ' αὖ ποδα ἀποφορεῖς. Dixit autem λαμβάνων, ve-
 lut omnium Atheniensium nomine, sicut & paulo
 post, ἰονορέαν ἐπιθήσμεν. Illud denique ἐλευθεροῦς
 ἀφέναι, non est, *mancipia libertatem consequi*, se-
 cundum Castalionei; nec *mancipia manumitti*, se-
 cundum Camerarium; sed alio sensu accipien-
 dum, quem interpretando expressi.

*Ibidem, D. In his verbis, τὸς ἰγυμαστράτους αὐ-
 τῶν, καὶ πῶ μοισικῶν, ὀππιδένοντας καταλέλκεν ὁ δῆμος,
 νομίζων ὅτι οὐ κέρων ἔστι. contrarium quiddam inest
 sententiae Xenophontis, qui exercitia corporum,
 & musicam, minime sublata dicit ab Atheniensibus,
 pag. 696, D. quum ait, populum sibi pecu-
 liariter multas palastras, apodyteria, lauacra stru-
 rere. Quapropter unica vox negans loco suo re-
 posita, nimirum ante καταλέλκεν, ac deleta post νο-
 μίζων ὅτι οὐ κέρων ἔστι, locum plane restituit hoc modo, πῶ μοι-
 σικῶν ὀππιδένοντας οὐ καταλέλκεν ὁ δῆμος, νομίζων ὅτι το κα-
 λὸν ἔστι.

*Ibidem, quum sequitur, νομίζων ὅτι το καλὸν ἔστι, γνῶς
 ἐπ' οὐ δίωπα τῶν ὄντων ὀππιδένων, inter ἔστι & γνοῦς
 copula καὶ deest, ommissa propter similitudinem eius
 cum vltima syllaba in ἔστι. Rursum inter hac οὐ δίω-
 πα, & τῶν ὄντων, deest pronomen αὐτῶν, quod pe-
 rixit ob adfinitatem & similitudinem cum sequen-
 ti voce τῶν. Sic integre locus scribetur, νομίζων ἔ-
 στω καλὸν ἔστι, καὶ γνοῦς, ὅτι οὐ δίωπα τῶν ὄντων ὀππιδέ-
 νων.

*Item ibidem. Notas punctorum inserui, quae
 indicarent in his, καὶ . . . γυμνασιαρχοῦσιν οἱ
 πλουσιοί, non nihil desiderari. Pater hoc ex statim
 subiectis, ὅτι δῆμος περιπαρχεῖται καὶ γυμνασιαρχεῖται. I-
 taque sic & illa manca suppleri debent, καὶ περιπαρ-
 χεῖται ὁ γυμνασιαρχοῦσιν οἱ πλουσιοί.

695, B. Corrupta sunt illa, οἱ ἡ πολλοὶ ἐλαυῶν ἐυδῶς
 ὡς οἶον πε εἰσβάντες εἰς ναῦς, atque ita potius scribenda,
 οἱ ἡ πολλοὶ ἐλαυῶσιν ἐυδῶς ὡς εἰσβάντες εἰς ναῦς. Et in his ἐ-
 λαυῶσιν ex aliis petiitum libris, ὡς autem expungit-
 ur, quasi promanans ex vltimis litteris illius ἐυ-
 δῶς, quod praecedit, vel ex glossa, declarante per
 ὡς, particulam ὡς sequentem. Deletur & π, pro-
 fectum ab imperitia librarij, qui non animaduertit
 aliud heic significatum illius ὡς esse, quam si
 scribatur οἶον π. Sequitur versu ab hoc tertio, οὐ πο
 καδέσκει. καὶ ἔστι μὲν πολεμίων, cum reliquis. Hac ita
 scribenda sunt, οὐ πο καδέσκει. ἔστι μὲν πολεμίων, & cet.
 Redundat enim καὶ propter similitudinem cum
 vltima in καδέσκει duplicatum, velut alibi similia
 inutilare librariorum incuria solet.

* 696, A. Potius Castalionei lectionem pro-
 bo, quam vel mutationem Camerarij, vel emen-
 dationem H. Stephani. Camerarius hanc sibi le-
 ctionem finxit, & ὡς & κα adiciens, & ἀλλὰ quae in
 Graecis exemplaribus non reperiuntur: ἡ ἡ πλείονα,
 οὐ μὲν αὖ ἡ [αῖς] κρείσσον, ἔστιν [κα] ἀπολέωσιν, [ἀλλὰ]
 ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα, quorum hanc senten-
 tiam expressit: *Navigantes vero, ubi fuerint super-
 iores se, in illam terram exire necesse non est, sed pos-
 sunt praeteruehi eo usque*, cum ceteris. H. Step-
 hanus post τῶν ἡ ἡ πλείονα scribendum pro ἡ ἡ
 πλείονα, quod itidem probare non pos-

sum. Quippe in verbis his mutilis, οὐ μὲν αὖ ἡ κρείσσον,
 ἔστιν ἀπολέωσιν . . . πλείονα ἡ ἡ πλείονα, facile perspicitur aliquid desiderari, quod
 illis praecedentibus ὡς &, deinde respondeat in huc
 modum, οὐ μὲν. Quapropter integritati pristinae sic
 exaratus hic locus restituetur, ἡ ἡ πλείονα, οὐ μὲν αὖ ἡ
 κρείσσον, ἔστιν ἀπολέωσιν, οὐ ἡ ἡ πλείονα τῶν ἡ ἡ πλείονα
 ἡ ἡ πλείονα. Solet autem Xenophon hac duo, κρείσ-
 ταν & ἡ ἡ πλείονα, ita sibi opponere. velut, exempli gra-
 tia, in Hipparchico pag. 969, C. scriptum legi-
 mus, σαφῶς δὴ ἴστανται ἡ ἡ πλείονα οὐκ ὄντες, quod quidem op-
 ponitur illis praecedentibus, οἶονται κρείσσοντες.

* 696, C. pro ἡ ἡ πλείονα, non dubito reponendum
 ἡ ἡ πλείονα, posita prius integra distinctione post ὄν-
 τας ἡ ἡ πλείονα. Nam ita recte sequuntur haec,
 ὡς ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα (cum interiectis) ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα,
 ἡ ἡ πλείονα, ταῦτα πάντα εἰς ἐν ἡ ἡ πλείονα.

* 697, E. Hac verba, τῶν ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα
 καὶ, ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα ἀδικεῖν ὀνόματα ἀπὸ ἡ ἡ πλείονα οἱ σωθέντες.
 sunt omnino corruptissima, praesertim illa in me-
 dio, ἀδικεῖν ὀνόματα. Propterea loco asteriscum ad-
 posuit Stephanus. Camerarius explicare se non
 potuit, alius quidam Delio natatore opus esse di-
 xit, & is quidem haud procul a Delo natus. Ego
 prima etiam editione sententiam expressi eorum,
 quae a Xenophonte scripta fuisse iudicabam; &
 nunc animaduerto, me a scriptura recta nequa-
 quam aberrasse, nimirum huiusmodi: τῶν ἡ ἡ πλείονα
 καὶ, ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα ἀδικεῖται νομίζων ἡ ἡ πλείονα,
 ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα; Margini autem haec adscripsi, vt
 interpretationis ratio lectori constaret. Ita nodus
 a me difficilis solutus.

* Rurfus 698, A. pro δὲ καὶ ἡ ἡ πλείονα, dico scri-
 bendum, δὲ καὶ τῶν ἡ ἡ πλείονα.

699, C. pro δὲ καὶ ἡ ἡ πλείονα, quod in omnibus exem-
 plaribus exstat corruptum, restituo δὲ καὶ ἡ ἡ πλείονα.

* H. Stephanus editione altera me sequutus, ita-
 men illud suum adpinxit.

* Ibidem. pro καὶ τῶν ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα, scribo καὶ
 τῶν ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα, articulo remoto.

* Rurfus ibidem, D. pro ταῦτα οὐ μὲν αὖ ἡ ἡ πλείονα
 ἡ ἡ πλείονα, repono cum recta distin-
 ctione, ταῦτα οὐ μὲν αὖ ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα.

* Iterū, ibid. E. in his, δὲ καὶ ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα
 quilibet illud χρεῖται, post δὲ καὶ, ceu superfluum,
 induci debere videt, siquidem in neutro nihil muta-
 teretur. In secunda quidem lucubratione mea Tau-
 rinensi notatam inueni scripturam talem, εἰ δ' αὖ
 ἡ ἡ πλείονα δὲ καὶ ἡ ἡ πλείονα χρεῖται ἡ ἡ πλείονα. Ea vero melior
 est, & utrumque commode retinet. Ibidem praeceden-
 tia sic erant scripta, εἰ πᾶσι τῶν ἡ ἡ πλείονα, οὐ μὲν αὖ
 ἡ ἡ πλείονα ἡ ἡ πλείονα, protinus esse cognoscendum. Re-
 cte. nam de tempore non de loco nunc agit. De-
 nique 700, A. τῶν ἡ ἡ πλείονα πολλὸν ἡ ἡ πλείονα δικαίως δικαίως,
 sic muta-
 tandum: τῶν ἡ ἡ πλείονα εἰς τὸ πολλὸν ἡ ἡ πλείονα δικαίως δικαίως.

A D S O C R A T I C A M
 D E F E N S I O N E M.

* Pag. 702, C. Nihil in his, τῶν ἡ ἡ πλείονα καὶ τῶν ἡ ἡ πλείονα
 duxi mutandum; tamen si plane scribendum
 arbitretur, τῶν ἡ ἡ πλείονα καὶ τῶν ἡ ἡ πλείονα: vt in locum illius
 suo loco reponatur. Et in sequentibus, ante τῶν
 πλείονα, rurfus abundat ἡ particula, propterea no-
 tis vltimis a me inclusa. Nec ignoro, quā prius il-
 lud defendi possit, sed parum commode. Idem ita
 repeti

Locus emendatus
 difficilis.

Taurin

H
 cum i
 in eis
 dixi m
 phon
 γυναικ
 * 70
 videlic
 hanc l
 * 7
 cuius
 * 72
 τὸν μὲν
 sic esse
 stitui
 τε τῶν
 tentia
 pressio
 722
 legend
 quo lo
 dam in
 kn inu
 * 73
 tem ho
 τὸν μὲν
 aliter
 ctis) ὡ
 ficatio
 τῶν μ
 nusqu

reperi emendatum a me Taurini, lucubratione secunda, postquam ea mihi missa fuit, ab H. Stephano per litem extorta.

* Ibidem. pro ὄχις δὲ τὸ σῶμα ἔχον, integrius ac plenius scriberetur, ὄχις δὲ τις τὸ σῶμα ἔχων (cum interiectis, ἀποδοχίηται).

* pag. 703, lit. A. in his, γόνυ αὐτὸ ἐφῆ εἰπῆν, ἐπειδή καταγρησῶν, abundat verbum εἰπῆν veluti quod ex sequentis ἐπειδή primis litteris irrepsit. Itaque delendum, ac praesertim propterea, quod versu ab hoc tertio, iusto loco ponatur, quum ait παρηγόνηται εἰπῆν.

* Ibidem, B. Rectius in his, ὅτι θεοὶ μὴ φωνῆ φάνηται, reponendum θεοὶ μοι φωνῆ φάνηται. Quippe nihil omnino sequitur, quod illi μὴ deinceps respondeat.

* Ibidem, C. Mutila sunt ista, μάντεος ὀνομαζοῦσι τὸς ἀποσημαίνοντας . . . ἔ). quae quidem ita rectissime quis expleuerit, τὸς ἀποσημαίνοντας ἀδεῖ εἶναι. Perire enim εἶ, quum esset in vltima syllaba vocabuli praecedentis; & δεῖ, propter adfinitatem cum initio sequentis ἔ). Vidi postea coniecturam H. Stephani, scribendum existimantis, ἀποσημαίνοντας τὰ μέλαινα ἔ). Sed ut illud μέλαινα difficilius omitti potuit a librariis, veluti nec praecedenti voci, nec sequenti simile: sic etiam difficilius, praeter illo nostro, rursus admittendum videtur.

* 707, D. pro εἰ δὲ τις ἴδῃ ἀρετὴν ἐπιμένον, scriptum in meo reperi exemplari lucubrationis secundae Taurinensis, εἰ δὲ τις ἴδῃ ἀρετὴν ἐπιμένον. quae omnino elegantior est lectio.

AD MEMORABILIVM LIBRVM PRIMVM.

Taurinus

Hilibrum titulum ἀποσημαίνοντων Σωκράτους habent, quod Socratis mores, ac viuendi ratio, cum iis, quae ad familiares suos disserere soleret, in eis exponantur. Equidem hos ἀποσημαίνοντες, dixi memorabilium libros, quia sic loqui Xenophon consuevit: λόγος ἀποσημαίνοντες, vel ἔργον ἀποσημαίνοντες, dictum factumue memoratur.

* 709, A. pro ὅς ἀνάμειξεν reponendum ὡς ὀνόμαζον, videlicet οἱ ὀνομαζοῦσι, quae vox praecessit. Et inuenit hanc lectionem in suis etiam Bessarion Cardinalis.

* 717, A. pro ἐπειδή (cum interiectis) ἀγοεῖς, cuius parer scribendum potius, ἐπειδή ἀγοεῖς.

* 720, A. Puto haec verba, ζῶν ἕκαστος ἐαυτὸν ὁ πάντων μέγιστος φιλεῖ τὸ σῶμα εἶναι, ἢ ἀνὰ ἄλλοις, cum ceteris, sic esse traiecta, ut hoc modo singula suo loco restitui debeant: ζῶν ἕκαστος τὸ σῶμα εἶναι ὁ πάντων μέγιστος φιλεῖ, ὅς πᾶσι ἀνὰ ἄλλοις ἢ, cum reliquis. Ita enim sententia redditur idonea, quam interpretando expressimus.

722, A. Hoc loco non πόλις τὴν καὶ οἴκος εὐοικουμένην legendum existimem, sed potius οἴκος εὐοικουμένην: de quo loquendi genere superius in notis hisce quaedam indicauimus. Non ignoro tamen, & alibi οἴκος inueniri, ut initio libri sequentis.

* 724, D. Equidem minime dubito, Xenophontem heic ita non scripsisse, οὐτω δὲ καὶ ἀφροδισίαν τὸς μὴ ἀσπιδίους ἔχοντες πρὸς ἀφροδισίαν ὡς χρωμαί: sed aliter, nimirum οὐτω δὲ καὶ ἀφροδισίαν (cum interiectis) ὡς χρωμαί. Nam id verbum ἀφροδισίαν, in significatione lecedendi, respondet praecedenti ἀπεινωμένοι, anni spatium abesse. Neque me sane mouet, quod nusquam ἀφροδισίαν in lexicis nostris, ac fortaesse ne

A Stephani quidem thesauro, reperiatur. Norum est, ab ἐφοδία, quod idem est cum ἐφοδος, factum ἐφοδιάζω, verbum haud insolens, & glossariis praesertim notum. Ἐφοδιαν pro expeditione ac profectioe dixit Polybius in libris, qui perierunt: vnde verbum est Ἐφοδιάζω, diuersa licet significationis. Sic & ἐφοδιάζω reperitur in antiquis glossariis. Eodem modo fas est existimemus, ἀφροδιάζω quoque dici, πρὸς τὴν ἀφροδιάν & ἐφοδον, quo posteriore Xenophon in abscissionis significatione usus est, ut superius in hisce notis ad paginam 320, E. ostendimus. Et adiungatur hoc ἀφροδιάζω sane ceteris inusitatis, μιλίαν, δισπαλίον, ῥαίξιν, ὀμίαν, ῥήτρα, διχάλας, ὀπιεύς, ἑρπικας, aliisque pluribus, quae in ipso textu Xenophonti restitimus. Quod autem heic statim sequitur οἶα, in istis verbis, οἶα μὴ πᾶν μὴ δεομένον, si mutetur in ἴνα, prorsus integer locus erit.

* 725, B. quum dicitur, καὶ μαθῶν οὐτε δύοντα πῖς θεοῖς μηχανώμενον, οὐτε μαρτυρῶμενον, adtente considerantibus illud μηχανώμενον, satis apparet esse vitiatum. Si me quis roget, οὐτὲ εὐχόμενον esse respondebo, pro quo μηχανώμενον substitutum fuerit. Quippe sic iam illa sunt pleniora, καὶ μαθῶν οὐτε δύοντα πῖς θεοῖς, οὐτε εὐχόμενον, οὐτε μαρτυρῶμενον.

* Ibidem, D. In his, οὐ δοκεῖ ἴσθαι τὸ δὲ πρῶτον εἰσπέναι, rectius scriberetur πρῶτον εἰσπέναι, sicut & vltimo paginae huius, & primo sequentis versu legimus εἰσπέναι πρῶτον.

726, C. In his δι ἀφροδισίαν ἴνα ὡς οἶα εὐτακτως ἔχον, solum illud ὡς mutandum dico in οὕτως.

D. * 727, A. verbis his, μέχρι γήρας ταύτης παρέχον . . . editioe priori punctorum notas adposueram, defectum aliquem indicantes. Et supplere haec posse putabam olim, si scriberetur, μέχρι γήρας ταύτης παρέχον, πῶν ὄντων; vel aliquid aliud tale addendo, quod in libro suo reperisset Bessarion, nos in editis desiderarem. Sed nunc exigua remedi me loco posse perspexi nimirum initio periodi, versu ab hoc tertio, pro πῶν ὄντων ἀφροδισίαν ἴνα εἶναι, scribendo ἴσθαι, (subauditur ὄντων) καὶ ὡς, cum ceteris.

* 732, D. Exiguum quiddam est, sed indicandum tamen; in his, ἀπαπάντα δὲ ἐκείνη, ἢ οὐ μικρόν μὲν, potius illud ἢ, transponendum hoc modo; ἀπαπάντα δὲ ἐκείνη, οὐτὲ μικρόν μὲν, (scilicet ὄντων ἀπαπάντων) οὐδὲ εἰς ἀργύριον, cum reliquis. Magis enim ita perspicua & elegans est oratio. Et accuratam in ἀφροδισία sua collocationis habuisse rationem ipsum Xenophontem, ex Aristide ostendimus.

AD LIBRVM II MEMORABILIVM.

* Pag. 733, A. Ut commodior est oratio, si pro ἀσπιδίους ἐκράτησαν scribatur ἀσπιδίους καρπεῖαν, quod simul & ad πρὸς ὀπθισμῶν βρωπῶν, καὶ ποπῶν, καὶ λαγνείας, & ad voces sequentes, ὑπνοῦ, ῥιζοῦς, θαλαπῶν, quae πρὸς ὀπθισμῶν non admittunt, responderet: ita nihil etiam murando, recte illud ἀσπιδίους ἐκράτησαν cū ὑπνοῦ, ῥιζοῦς, θαλαπῶν, πόνου vocabulis coniungitur.

G An autem secretius aliquid heic nobis datura sint SCHEDIASMATA Stephani, sane videbimus, vbi tandem aliquando prodierint.

* 734, D. pro μηδὲ ἀνὴρ πηλομαίνους ἔαρχῃ, repono ἀνὴρ πηλομαίνους, quemadmodum & initio libri huius scriptum illud, ὅπως μὴ ἀνὴρ πηλομαίνους ἔαρχῃ. Item paullo post, littera E, pro ἀρκεῖν τὸ πρῶτον, rectius di-

Verba obsoleta Xenophonti restituta.

ἀφροδισίαν.

cemus ἀρκῶν τῶτω, quum sequatur ἀρεσάτα δέσται, A quod itidem illi τῶτω respondet.

*735, C. pro ἀλλ' ἵνα τις μοι δοκῆ μέση τῶτων ὁδός, quod in editis libris, etiam Stephani legitur; non dubito reponere, ἀλλ' εἶναι τις μοι δοκῆ μέση τῶτων ὁδός.

*737, D. Versus hic Epicharmi senarius, πωλοῦσιν ἡμῶν πάντα ἑξατά σοί, quum in ultima vocis ἑξατά claudicat; sic redintegrandus erit,

πωλοῦσιν ἡμῶν πάντα ἑξατά σοί.

Versus Epicharmi restituendus. Quae vero sequuntur eiusdem Epicharmi, ὦ πόνηρε, μη τὰ μαλακὰ μῦθο, μη τὸ σκληρὸν ἔχεις, velut orationem proflam haecenus alij posuere; quum tamen & illa senario dimidio & integro constent, siquidem ita restituantur: ut emendanda non dubito,

— ὦ πόνηρε σὺ,

μη μοι τὰ μαλακὰ μῦθο, μη τὸ σκληρὸν ἔχεις.

In μη quidem, later illud μοι, quod versui complendo deerat, & ob similitudinem alterius a librariis erat omisium. Etiam πόνηρε scripsi, non πόνηρε, sequutus iudicium vulgi grammaticorum, haec inter se distinguuntur accentu; more quidem suo, sed ratione non magni momenti.

*748, B. pro σκοπῶμαι δὴ τῶ, notaui lucubratione secunda Taurinensi, reponendum σκοπῶμαι δὴ τῶ, idq; cum Bessarione Cardinali. Versu autem post hunc sexto quum dicitur, τὸ ἄπειρον χρημάτων καὶ πόνων ἀπορρηματισμῶ, primum & abesse illud ἀπειρῶ potest, & adesse: sed quin pro πόνων reponendum sit πόνων, dubitari non debet. Rectius enim χρημάτων cum πόνων coniunguntur, quam cum πόνων: ac praesertim amicos laboribus praeferrī, non satis apte dicitur; opum redditibus, aptissime.

Ibidem, D. Haec verba, καὶ ἀποδῶται τῷ εὐρόντος, non est dubium vitiose scripta legi, sicut & H. Stephanus notaui. Quum autem ille sibi placere neget, ut pro iis reponatur ἀποδῶται τῷ εὐρέθεντος, quod ad Bessarionis interpretationē aliquo modo conveniret: cogitare cepi, an non propius ad lectionem priorem accederet, ἀποδῶται τῷ εὐρέθεντος: quod quidem ad pretium vel aestimationem referretur, quasi si scripsisset Xenophon, ἀποδῶται τῷ εὐρέθεντος ἡμῶν. In reddendo quidem hoc sequutus sum. Alij τῶντος pro εὐρόντος scribendum autumant.

*757, B. Lucubratione mea Taurinensi notatam ad marginem pro hac, αἰπὸν ὑφορομένων εἰσῆς, ἡ δὲ αἰσ δὴ ἡλίας εἰσῶν, aliam lectionem reperi, αἰπὸν ὑφορομένων εἰσῆς.

*759, C. pro καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ἐπιμύσειτο, vel scribendum, καὶ κατὰ τοιαῦτα πάντα, vel καὶ κατὰ τοιαῦτα ἐπιμύσειτο. Vix quidem abesse κατὰ potest.

A D L I B R V M I I I M E M O R A B I L I V M .

*Ag. 765, C. pro ἃ τὸ δινεῖλαιεν τῷ δῆλον, scribendum vel καὶ κατὰ τὸ δινεῖλαιεν, quod saepe κατὰ post καὶ positum perisse videamus ob confusione ex abbreviaturis, ut etiam loco proxime precedenti; vel κατὰ τῶτω, quod H. Stephano placet.

*766, A. Hoc equidem loco φιλόνομος rectius scribi puto, quam φιλονίκος. Item visum & H. Stephano deprehendi, quum his notatis, secundam eius editionem inspicerem.

*Ibid. D. Bessarion legisse videtur, ὡς δὲ τὸ ἀρεσάτα ἔκαστος ἑπιτηδεύει ἀρεσάται; quae sane lectio ceteris a me praelata fuit editione prima. Sed quum locum hunc Taurini diligentius inspicerem, deprehendi legendum simpliciter, ut est in textu; non dumtaxat in τῶ, nec alia mutatione facta: ὡς δὲ τῶ ἀρεσάται ἑκαστος ἑπιτηδεύει ἀρεσάται; quod haud dubie rectum puto, & exprimendum interpretando censui.

*767, D. Bessarion post χρημάτων videtur in libris suis reperisse vocabulum αἰσῶντος, quod animadvertens tantum non necessario requiri, ad marginem adscripsi, notis adiectis contextui, quae deesse aliquid indicarent. Ex prioribus quidem huius vocis non parum ingrata est repetitio.

*Ibidem, D. pro σὺ δὲ κρατῆσαι, rectius scribi σὺ δὲ κρατῆσαι, paret ex subiectis hisce verbis, ἔσθαι & κρατῆσαι.

*Ibidem, E. pro Αἰσῶντος reperit Bessarion Cardinalis Αἰσῶντος scriptum, quod etiam rectius illi Βοιωτῶν praecedenti respondet.

*768, D. E. Illud αἰσῶντος ἀρχαῖος ἀρεσάται, scribatur; αἰσῶντος ἀρχαῖος ἀρεσάται.

*773, D. Diuersa reperiuntur in his, ἀπειρῶ καὶ ὁ δὲ χῶρος, scripturae. Nam pro ἀπειρῶ, videtur Bessarion Cardinalis inuenisse, βλάπτης: Henricus autem Stephanus ἀρεσάται notaui itidem ex libro veteri, sicut ait. Ego verā esse scripturam Xenophontis ἀπειρῶ iudico, reliquas duas ex scholiis promanasse similiter affirmo. Nam ἀπειρῶ καὶ ὁ χῶρος (sic enim scribi praestat, non ὁ δὲ χῶρος) quum fit, adtingit regionis, utente Xenophonte verbo ἀπειρῶ in quo est ἀφείλιος, pro consuetudine sua: voluit hanc ἀφείλιος alius verbo efficaciori βλάπτης, detrimento adfici, declarare scholij vice: alius verbo ἀρεσάται, quod direptionis significationem habet. Non igitur haec ad lectiones varias, sed ad glossas referenda.

*774, A. pro ἵνα μὴ τῶτω γε, reponenda lectio verior, ἵνα μὴ τῶτω γε. Quippe non iungenda sunt haec proxima sibi, ἵνα μὴ τῶτω γε λάβησιν, sed τῶτω εἰδηῖς ἡμομένη.

*775, D. Lectionem editionis Florentinae sequutus est H. Stephanus in his, καὶ σὶ γε διδάξαν, ἔφη, ὁρμημαί, οὐτε τὸς φρονιμοτάτους, αἰδομένους, & cetera, quum in aliis haec commodior inueniatur, καὶ σὶ γε διδάξαν, ἔφη, ὁρμημαί, οὐτε τὸς φρονιμοτάτους, cum ceteris. Acidem sane Stephanus loci sententiam minime mihi videtur adsequutus, tamen Bessarionis versionem corrigere conatus sit. Nec probare possum ea, quae ad hunc locum emendandum protulit.

*778, C. pro σφόν πὶ καὶ σάφρον ἐκρινεν, aio reponendum σφόν πὶ καὶ σάφρον ἐκρινεν. Nam haec emendatio simplex est, & absque magna fit mutatione. Quidquid autem dicat H. Stephanus, tamen ipsa collatio praecedentium cum his, meam confirmat sententiam. Etenim σφόν prius posuit, cui nunc τὸ σφόν: itemque σφρονώω prius, cui nunc τὸ σάφρον subiungit.

*Ibidem, D. His verbis, πάντας γδ οἶμαι, (cum interiectis) πάντας ἀρεσάται, deesse aliquid, ex sequentibus planum est. At integra erit oratio, si scribamus πάντας γδ δὲν οἶμαι (cum aliis intermediis) πάντας ἀρεσάται. Et aliqua saltem est similitudo inter δὲν & initium verbi sequentis οἶμαι. Vnde factum, ut a libra-

1104
libran
*Ib
φορῶν
stat, d
77
de, de
de, de
Bessar
*7
que
hoen
bris de
ticum
nequit
tico, &
similis
Stepha
liorem
verbis,
scribitu
etiam i
phariv.
do mih
obsequ
da vide
*78
Bessar
*78
λόγον κ
nem ed
restitu
σφόν γε
κρινεν
τὸν λόγον
τὸν δὲν
δὲν
*78
κρινεν
καὶ not
Brod. r
men ex
nus edi
quin Le
quae ip
medicu
hibet &
tatio. I
quod in
gate non
stinctio
φάρμακ
mum
Ακου
καυμῶν
modo, A
rursus
reponen
queat,
quam m
Acumen
mutet; c
ctione s
vincere
Nec libr
hibus, s
bus hom
Acumen

librariis inter describendum δὲν omitteretur.

*Ibidem. Vitiosa scriptura est in his, αὐτὸν π συμφορώτατα αὐτῶν (H). Nam scribi debere certo constat, αὐτὸν συμφορώτατα αὐτῶν (H).

779, A. Arbitror ista, πὸ δ' ἀγνοεῖν ἐαυτῶν, καὶ μὴ αὐτὸν δεῖ δόξασθαι, sic scripsisse Xenophontem, καὶ αὐτὸν δεῖ δόξασθαι: vt notavi ad libri marginem adeoque Bessario idem sequutus est.

*780, B. Bis hoc loco scriptum πῆθηται in vtraque Stephani editione, mutandum in πῆθηται, sicut hoc margini a me adnotatum. Error ex Stobæi libris deprauatis ortus. Nam πῆθηται quidem ad poeticum illud, & Hesiodum adeo πῆθηται, quadrare nequit: vt heic vsum Xenophontem verbo poetico, & insolenti prorsus, dicere quis possit. Consimilis est scriptura vocabuli πῆθηται in libris Stephaneis, pag. 966, B. quo loco non verisimiliorem, sed magis obsequentem dixit auctor his verbis, πῆθηται τῶν ἀρχόντων ποιεῖν. Sic enim ab aliis scribitur. Immo glossaria vetusta πῆθηται scribunt etiam id, quod verisimile reddunt, & nostris est πῆθηται. de quo tamen ego contendere nolim, modo mihi fas sit obtinere, πῆθηται scribendum, quum obsequentem significat, vt πῆθηται. Et coniungenda videntur hæc cum notatis ad I παιδείας. p. 6, B.

*782, B. In his, τὸ ῥυθμὸν, ἔφη, paullo plenior est Bessarianis lectio, τὸ ῥυθμὸν δὲ, ἔφη.

*783, B. Corrupta sunt hæc, ἔγδ δὲ ἀκούσασί γε τὸ λόγον κρείττων ὄντι καὶ καμαθεῖν, quorum aliam ipse lectionem editione priori sequutus sum; & vti tum legi, restituenda sunt, videlicet hoc modo: ἔγδ δὲ ἀκούσασί γε, εἰ τὸ λόγον κρείττων ὄντι καὶ καμαθεῖν. Nimirum κρείττων coniungi cum ὄντι non debet, quum in his, εἰ τὸ λόγον κρείττων, subintelligatur εἶν. Rursus in ὄντι καμαθεῖν, tantum valet ὄντι, ac si dixisset ἔξει καμαθεῖν.

*787, D. Ad hæc verba Xenophontis, ἀκούμενος ἔφη (scilicet Socrates) τὸ πύ φαρμακὸν ἀγαθὸν διδάσκειν, notaram priori editione; factum a Bessario, Brodæo, quibusdā aliis temere ac inepte, qui nomen ex ἀκούμενος proprium finxissent. H. Stephanus editione sua secunda, non dubitare se dicit, quin Leunclavius falli se fassurus sit; auditis illis, quæ ipse indicaturus esset. Simul ad Acumenum medicum illorum temporum hæc detorquet. Adhibet & alia, quibus nō vna fit in hisce verbis mutatio. Puta, quum non ἀκούμενος scribendum ait, quod in omnibus libris Xenophōteis reperiri, negare non potest; sed Ἀκουμένος. Deinde nouas distinctiones huiusmodi cudit: Ἀκουμένος, ἔφη, τὸ πύ φαρμακὸν ἀγαθὸν διδάσκειν. Quum vero in his solæcisimum videat, siue adeo siue distinctione scribatur, Ἀκουμένος ἔφη διδάσκειν, non ignorans dicendum, Ἀκουμένον ἔφη διδάσκειν: seu distinctio adhibeatur hoc modo, Ἀκουμένος, ἔφη, τὸ πύ φαρμακὸν διδάσκειν: nouam rursus scripturam comminiscitur, & pro διδάσκειν reponendum ait διδάσκει. Vide, quam misere se torqueat, in quem solæcisimi scopulum impingat, quam multa σφά φάρμακα excogitet ad tuendum Acumeni pharmacum atque nomen, quam multā mutet; qui me nihil omnino mutantem, sed in lectione simplici & recta persistentem, erroris conuincere vult. Sed paucissimis ad hæc respondeo. Nec libri Xenophōtei Stephaneis hisce correctionibus, sine causa congestis indigent: nec iste morbus hominis, insuauiter comedentis, medicinam Acumeni requirebat. Quippe Socrates ipse ἀκού-

A μένος, morbo remedium adferens, quodnam illud pharmacum esset, statim ostendit; Si comedere cessaueris, inquit. Eius ergo remedij causa non erat, cur ad Acumenum iste mitteretur, qui mox illud a Socrate accipiebat. Videt igitur H. Stephanus, se maxime falsum opinione sua; quantumuis id de me futurum, futuri necdum certus, indubitanter affirmarit. Nec habet, quod aduersus illud nostrum ἀκούμενος excipiat; quum non vno loco Xenophon & ἀκούσασί & ἔξει ἀκούσασί verbis vsum sit.

B *789, A. Reliqui locum hunc, πὸ δ' ἄγναι αὐτῶν δὲ μὴ ἀσκήσας, ἀλλ' ἠδονῆς ἐνεκα, priori editione non commendatum. Reliquit H. Stephanus etiam altera sua Xenophontis editione. Sed quid est, obsecro exercitij causa edere obsonium? Mouit me rei nouitas, vel absurditas potius; vt hinc inde dispiciens, pro ἀσκήσας tandem legendum viderem ἀπύσας. Nam vere obsoniorum est helluo, qui non condimenti, sed voluptatis folius causa, sine pane vorat obsonium. Et hæc ad verbum ita reperi exarata Taurini, quum lucubratio secunda Xenophontis expoliendi mea, iure ab H. Stephano repetita, mihi Viennam mitteretur. Illam tamen is, licet reddere nollet, contemnere ausus est quū apud alios, tum Marquardum Freherum, V. C. consiliarium Palatinum, quem honoris & beneuolentia singularis causa nomino. Sed videbimus & alia de lucubratione illa Taurinensi depromta, quæ Stephani vanitatem redarguent.

AD LIBRVM IIII MEMORABILIVM.

Pag. 791, C. pro ἔπ πορῆται ὄνται, lego εὐ π πορῆται. H. Stephano tantopere placuit, vt editione secunda in textum reciperet.

*792, A. In omnibus legitur, τὰ μὲ ὀλίγου ἀξίας πῆχας μὴ γίγνεσθαι σπουδαίως, ἀλλ' εὐ διδάσκων. Sed pro σπουδαίως reponendum σπουδαίως, vel paullo post sequentia docere possunt, quum ait: ἀπὸ τῶν πρῶτων τῶν ἀγαθῶν πῆχας αὐτῶν ποιεῖ. Hæc e notis Taurinensibus lucubrationis secundæ.

*Ibidem, E. & 793, A. Corrupta sunt ista, μὴ πῆχας ὡς σιωχέσασθαι ποιεῖν ὅ, π αὐ βύλων) δυναπὶ χρεῖσται: non conantur hoc quam frequentissime agere, in quo valere volunt. Nam contrarius sensus talis requiritur, mirum scilicet videri, quod isti tibicines & equites non summa cum negligetia res suas agant ac discant; quum plerique rempublicam gesturi existiment, se idoneos ad hoc absque præparatio- ne ac studio futuros. Itaque ὡς σιωχέσασθαι, quum vitiosum sit, in ὡς ἀμελέσασθαι mutari debet. Littera quidem σ, de fine præcedentis ὡς manauit; inter ἀμ & ω magna similitudo est, quemadmodum & inter χ & λ. Hoc modo restitutum ὡς ἀμελέσασθαι ποιεῖν, recte opponetur illis sequentibus, πῶτα ποιῶντες ἔσπομένοντες. Et quod magis etiam rationes nostras confirmat, in secundo membro comparisonis ἀνεὺ ὀππμελείας legimus, quod isti ὡς ἀμελέσασθαι plane responderet.

G 800, E. Notavi ad marginem pro φύπιν, etiam legi φύιν: idque rectius puto, quam illud alterum. H. Stephanus a quodam notatum, vt ipse loquitur, suis altera editione adscripsit.

*802, D. Hæc verba, καὶ ὁ (subauditur θεός) τὸ δὸν κόσμον σιωπῆτων τε καὶ σιωχῶν, ita scripsisse Xenophontem aio, καὶ ὁ τὸ ἴδι ὄλων κόσμον σιωπῆτων τε καὶ

σφηνός, σφηνός.

ἀκούμενος, an accipiendum de Acumeno medico.

Emendatio difficilis.

ῥωνται. Ego repertam apud Stobæum scripturam hanc, ἢ ἀν' ἐκόντες ἐπιπύ, reponendum suo loco du- xi, verbo ἐπιπύωνται ad marginem posito, ceu glos- sa. Sic & alibi verbo ἐπιπύ Xenophon vsus est, hoc quidem ipso libro, 871, C. in his, πρὸς ὄντινα δ' αὖ ἀρχόντα δὴ πρὸς οὐτως ἐπόμενοι.

*Ibidem, C. In his verbis, ὅτι δὲ κενώσιν αὐτὸν ἐπιπύ δ' ἐπαύμαζεν, cum ceteris, dico mutandum αὐτὸν in αὐπύς, & sequens ἐπιπύ superfluum esse, planeque tollendum. Nam ὅτι δὲ κενώσιν αὐπύς, respondet his superioribus, ὁ Κύριος λέγειται Λυσάνδρῳ (cum interie- ctis) ἢ πρὸς δὲ ἐπιπύ δὲ κενώσιν αὐπύς.

*831, D. Legitur in textu librorum nostro- rum, ὅτι ἀπέβαιναι, sero abire. Id ὅτι quidam apud Sto- bæum interpretatus est per ἢ δέλιος, hoc est, ves- pere. Nemini non manifestum, esse scholiolum, non diuersam lectionem; quum nihil in horum litteris inuicem sibi simile. At ὅτι scriptum a Xe- nophonte, patet e præcedente πρὸς, mane, cui re- spondet hoc ipsum ὅτι.

*832, A. pro πρὸ πλείων ἐυμδρία ἐν χῶρα τῶ. scri- bendū πρὸ πλείων ἐυμδρία, ἢ ἐν χῶρα τῶ. Nā πρὸ quibus- dā a libris abest, & recte quidem. ἐυμδρία vero, vox adscripta margini, glossa est vocabuli Xenophotei ἐυμδρία, quam alij pro diuersa lectione ceperunt.

Ibidem, C. Equidem hæc verba, διώωνται ἰόντες εἰς τὰς ἀπὸ ἀποκαλύοντων, καὶ μετὰ τὴν, minime corrupta iudico: adeoque ἀποκαλύοντων in ἀποστελεσκόντων, vel in aliud quiddam tale non mutandum: quod pa- ce Camerarij, viri haud dubie in omni doctrinā liberali principis, proferre mihi liceat. Nam vt an- tea Xenophon dixerat, ἢ ἔργον σπρῶδξ: ita nunc ait, ἢ ἔργον ἀποκαλύοντων. Quod autem ad εἰς τὰς, non additur vocabulum χῶρα: familiare Xenophonti nostro est. Quamquam in primo αἰαβέσεως etiam plena oratio est, ἐν τῇ φιλίᾳ χῶρα: quod quidem ip- sum idcirco libuit adnotare, quia negat Aristides simplici orationis generi, cuius ipse quasi typum quemdam de Xenophonteis libris exprimere vo- luit, conuenire; vt ad δέξῃ φιλίας, addatur χῶρα.

Ibidem, D. pro ταῦτα δὲ μνηστῶδξ, scribo ταυτά. *834, A. In his, πεμήμερον σιφίσατον ἡμέδξ αὖ τῶτξ ἔφαμεν, potius scribendum hoc vltimum φάμῃ: & paullo post itidem, versu ab hoc quinto, non ὀπί- μεδξ αὖ ἡμφίξεδξ, sed οἰοίμεδξ αὖ. Nihil enim tale su- perius a Socrate dictum. Quum autem ἔφαμεν, & ἐδὸκξ, paullo antè legeretur: etiam hæc imperiti calligraphi muranda censuerunt. In iis vero, quæ sequuntur, illud ἐδοκίμαξμεν ἢ αἰδρὶ καλῶ, cum ce- teris, rectum est. Nam horū antea facta mentio.

836, C. H. Stephani, & Florentini libri (adda- mus, & alij: quando nonnihil iratus Stephanus, hoc margini notarum Taurinensium mearum ad- scripsit) habent σιωύχξπ αὐτὰ ταῦτα: pro quo legunt alij, σιωύχξπ αὐτὰ ταῦτα. quod rectius esse, Stepha- nus idem ostendit, editione secunda probans.

837, E. pro καὶ τῶ ἐργαζόμενος τὰ τῶ σπρῶδξ ἐργα δέομενά δξ, videtur legendum, ἢ τῶ σπρῶδξ δέομενά δξ. Sic & in Hierone deinceps, p. 902, C. ἐν τῇ πᾶ ἀξίω δέομα δξ- κεί τῷ, malum ἐν τῇ πᾶ ἀξίω δέομα δξ κεί τῷ.

*838, E. In his, πρὸς δὲ ὅπως ὡς βέλιστα τὰ πρὸς οὐ- κὼν αἰ ἐκείπερον ἢ μὲν δὴ πρὸς τῆσδξ, minime dubito illud ὅπως, ceu redundans, expungendum.

Ibidem. Hæc verba, καὶ ὁ θεὸς ἐφυσεν ἐκείπερον μάλ- λον αὖ δυνάσασαι, sunt omnino corrupta. Sententiam ego sequutus sum eam, quæ consentanea toti esse loco videtur. * Et hæc quidem editione prima.

A Nunc addo, saltim & poni debere in hunc modum ante ista, quæ heic vides: ἢ ὁ θεὸς ἐφυσεν.

841, B. Sequitur H. Stephanus lectionem li- brorum editorum Florentiæ, (quum hos nomi- no, vitiosos in hoc loco & alios complector, ne so- lam me putet intelligere Florentinam, qui hoc suo cum dedecore, quod nō emendarit, a me dici fert ægerrime) procul dubio vitiosam. Quis enim ex his verbis sensus elici possit? πῶς γὰρ αὖ πορευθεῖσαν ἔ- χοντες ἕτως ὅτι κενώσιν ἀλλήλους; Mihi potius placent heic editiones ceteræ, quæ hoc modo locum dant exaratum: πῶς γὰρ αὖ πορευθεῖσαν, εἰ αὖ ἔχοντες ἕτως, ὅτι- κενώσιν ἀλλήλους; vel, αὖ ἔχοντες ἕτως. Mirum vero puter nemo, Stephanum & illa priora tueri se pos- se, quum secundo Xenophontem ederet, dicere. Quid enim ille dicere non audet?

Ibidem, D. legendum heic cum Camerario, αἰ- οὖ ὅτι πρὸς, quod plenius est, quam αἰ ὅτι πρὸς ἐπὶ τῶν.

842, A. In istis, ὡ γυνῆ, τῆ μὲ ταρῶ χου τῆ πρὸς μὴ δέοιο, (cum interiectione) χῶρα τῆ δοκίμα σάμεδξ, cum ce- teris, lectionem Camerarij probo huius modi; ὡ γυ- νῆ, ἵνα τῆ μὲ ταρῶ χου μὴ δέοιο. Nam perit ἵνα, propter adfinitatem cum litteris vocis γυνῆ.

*847, B. In his, ἔργον σιφίσατον, expungendum illud σι: quum ἀσπί σιφίσατον, paullo post, idoneo lo- co pronomen hoc exhibeat.

*848, B. pro δέομα, reperitur in aliis γέομα: quod significatur, vel ipsum φέομα, vel alia quadam gustu explorare.

*850, A. Quum in confesso sit, illa vitio non carere, πῶς θεμὸς εἶναι σοὶ καὶ ἐν πολέμου καλῶς σπρῶδξ, nulla vera propior esse scriptura potest, quæ hæc: πῶς θεμὸς οἶε εἶναι σοὶ ἐν πολέμου σπρῶδξ. Nam illud οἶε facile potuit omitti, propter similitudinem cum τῷ. Rursum quod sequitur, ἢ τῶ χημῆσῶς (cum in- teriectione) ἀρκίσι ἀκούην; melius scribetur, ἢ τῶ χημῆ- σῶς πεί, ἀρκίσι ἀκούην.

*853, B. In his verbis, ἐδὲ τῶ δέοιν, ἐφῃ, (cum ce- teris) ὅπως οἶον τε πᾶ τὰς διδάξαι, dico similiter abunda- re verbum δέοιν, quum integra sit absque hoc ora- tio: ἐδὲ γὰρ ὅπως οἶον τε πᾶ τὰς διδάξαι: sicut & statim sequitur, ποίος μὲ δὴ οἶον τε, scilicet διδάξαι. de quo id etiam colligitur, non posse οἶον τε loco priori, per quasi, ante veluti exponi.

Ibidem, D. Equidem hæc, ἡμφίσατον χαλεπώτερον εὐπίτες δξ, τῆ ἀπὸ τῶ ἐραμμένον κενώσασαι, mutila parte priori esse iudico, & sic integranda; ἡμφίσατον χαλε- πώτερον εὐρεῖν εὐπίτες δξ. Nam prius εὐρεῖν, longius hinc remotum, quam vt commode subintelligen- do repetatur. Et heic omissum paret εὐρεῖν, ob eius similitudinem cum vltimis litteris illius χαλεπώτε- ρον præcedentis.

*854, E. In his, εἰ αὖ τῶ μὴ τῶ ἐργα μάθῃ, profus abundare μὴ, manifestum est.

*862, C. In his, αὐτὰ πρὸς ἀμυσάμενοι τῶ γλῶ αὖ, ἐ- φλω ἐρῶ, inducendum illud αὖ. Quippe nec antea dixit, ὅτι κενώσιν αὖ τῶ γλῶ.

Ibidem, Camerarius, quum illa subsistere non posse videret, ἐκκόπη τῶ ἐφλω δέοι τῶ ὕλλω, poste- rius hoc in τῶ ὕλλω mutandum censuit. Quænam vero τῶ ὕλλω τρῶφῃ, siue quod materia vel herbarum nutrimentum aliud est, quam ipsarum frugum? Ergo si herbarum nutrimentum excidere quis ve- lit, etiam frugibus nutrimentum suum adimat ne- cesse est. Hæc consideranti mihi visus est locus al- liter emendandus, & ita quidem, vt pro his verbis, ἐκκόπη τῶ αὖ τῶ δία τῶ τρῶφῶ, hæc potius reponantur, ZZz

ἀφίλειας
εργμα Xe-
nophon.

Η υμοί
αυτῶν

οὐκ ἔστι
καὶ τῶ

Locus dif-
ficilis.

ἐκείνην αὐτὴν πρὸς τὸν ἑρῶν, ἔρῶν ἐστὶν, δέοι πρὸς ἄλλω. Sic enim verus loci sensus hic restituitur, propter nutrimentum frugum, excidendas esse herbas: id est, ut nutrimentum frugibus herbae non praeipiant. Nimirum his, αὐτὴν, quum aliquid deesse sciolus quispiam arbitraretur: ut voce adiecta, ἢ δια scriptis, quae adfirmandi formula haec alioqui frequentissime reperitur.

863, B. pro τὸ δεινόν, haud dubie legendum τὸ δόμιον: sicut & paullo ante loquutus est, ὅπως τὸ δόμιον κόποισι. Quod autem Camerarius τὸ δεινόν retinens, Quod horridum est exaequaverim, reddidit: sane quaedam interpretatio coacta est, & horrida.

Ibidem, D. Neque πρὸς τὸ πόνον, neque πρὸς τὸ πόνον, probare possum. Camerarij vero coniecturam de πρὸς τὸν πόνον, cur non admittam, causa nulla est.

864, C. H. Stephanus, & alij quidam, ut ipse adferit, habent in editionibus suis ἐλάθονα διποδία: quum in aliis ποδία reperitur.

Εἰσὺν ἢ Σερβανὸ ἀσφίλια.

* 866, A. In explicandis horum verborum difficultatibus, ἄρῶν γὰρ με δι' ἄν' ἐρῶν ὀπίσταμαι, ὁμοία τὴν πρὸς ὀπίσταμαι, ἢ ἐν ὀπίσταμαι ὀπίσταμαι, ἀναπείθει, ὁμοία, ὡς καὶ ταῦτα ὀπίσταμαι perquam misere fetorquet H. Stephanus. Nam & ἄρῶν putat esse pro ἄρῶν πρὸς σου positum, & ὀπίσταμαι, pro ὀπίσταμαι ὄσος: & ἀναπείθει, vel in ἀναπείθει, vel in ἀναπείθει, mutandum opinatur. Ita quidem si cum Xenophonte licebit agi, tandem is Xenophon correctissimus erit, qui hoc modo minime corrigeretur. Ego nihil mutandum aio, praeter ὁμοία τὴν πρὸς, in ὁμοία τὴν πρὸς, in quo π facile perire potuit, ob eandem τ litteram, primam in τὴν πρὸς, voce sequenti; & ἀναπείθει, in ἀναπείθει, v-nica tantum littera deficiente discrepans. Ita iam haec, ἄρῶν γὰρ με δι' ἄν' ἐρῶν ὀπίσταμαι, ὁμοία τὴν πρὸς ὀπίσταμαι, ἢ ἐν ὀπίσταμαι ὀπίσταμαι, ἀναπείθει, ὡς καὶ ταῦτα ὀπίσταμαι plane Xenophotea sunt, & integerrima. Si quis autem scribere mauult, δι' ἄν' ἐρῶν ὀπίσταμαι, & ὁμοία τὴν πρὸς ὀπίσταμαι, ei propterea non aduerlabor, quod facile & perire potuit, ob similitudinem cum vltima praecedentis ὀπίσταμαι.

Ἐπιπέθει μινί μοι κορπί γενεῖ.

* 868, D. Deest in his negatio, ἔσθ' ἔραρ πρὸς αὐτὰ ἐργάζεσθαι. Scribendum enim, ἔσθ' ἔραρ πρὸς αὐτὰ ἐργάζεσθαι: & sequitur de alio, ἔσθ' ἔραρ πρὸς αὐτὰ ἀπείθει. Vnus in tempore ad operas se non confert, alter ante tempus ab operis discedit: vterque propra-durget, segniter se gerit, uti subiicitur.

869, B. pro σιωπῶντων γαρρῶσιν, reponendam prius σιωπῶντων. nunc H. Stephani σιωπῶντων magis probō.

* 870, E. Scribendum potius ὅτι τὸ ἐθελοντὰς ποῦν, quam ὅτι τὸ ἐθελοντὰς ποῦν.

* 871, C. Si respondere sequētibz ista debent, πρὸς ὅν' ἔστιν ἢ ἀρχόντα, sic erunt exaranda, πρὸς ἑὸς ἢ ἡναι ἢ ἀρχόντα: & licet D. mutandum αὐτὸ ταῦτα γινώσκοντες, in οἷς αὐτὰ γινώσκοντες, ut οἷς cum praecedentibus conueniat. Originem menda huiusmodi ex Graecorum abbreviaturis habent.

872, B. Quam minima facta mutatione in his, ἀλλὰ θεῖον, τὸ ἐθελοντῶν ἀρχῶν (ἀφ' ὧς φείδον) ποῖς δηδινῶς σιωπῶντων τε πελομενῶν, scribendum aio, ἀλλὰ θεῖον, τὸ ἐθελοντῶν ἀρχῶν. (ἀφ' ὧς φείδον) ποῖς δηδινῶς σιωπῶντων τε πελομενῶν. Nam ἐθελοντῶν φρονταίει, recte opponitur ποῖς ἀσπίδων, ἰππιτίς, qui subiiciuntur in his, τὸ ἵακόντων τυραννῶν. Idem notatum & praecedente pag. 870, E. in ὅτι τὸ ἐθελοντῶν ποῦν. Et in φείδον) verbo congru-

A pto, littera φ similitudinem eum δὲ aliquā habet, quod in δὲ δὲ) primum est. Δὲ δὲ) vero legendum, ex eo adparet, quod idem verbum statim reperatur in his, τυραννῶν δὲ δὲ) σιν. Hen. Stephanus nimis multa mutat.

AD SYMPOSIUM, SIVE CONVIVIUM.

Ag. 872, C. Apud Aristidem post αἰδρῶν, omittitur vocabulum ἐρῶν, neq; dubium est, superuacaneum esse. Cur enim retineri debeat, quum sequatur, τὸ πρὸς ἄρῶν; haec causa fuit, cur illud notis his [] inluserim. Plutarchus certe in Agellao locum hunc citans, & ad Xenophonteā quasi adludens, eaque detorquens alio, subiicit: ἔστι δὲ ἔρῶν, ἀλλὰ καὶ καὶ μάλλον ἄρῶν καὶ τανούιν & δὲ ἀρῶν τὸ ἀρῶν, ἀπὸ τῶν πρὸς ἄρῶν. Non dicit, ὅτι ἀρῶν ἐρῶν, sed ὅτι ἀρῶν, ἀπὸ τῶν πρὸς ἄρῶν: sicut Xenophon, τὸ μὲν αἰδρῶν πρὸς ἄρῶν.

873, A. Idem Aristides non ἐπὶ καὶ θαρμῶντος τῶν ἰουχῶν legit, sed ἐπὶ καὶ θαρμῶντος.

Ibidem, D. pro φέρῶν, habet Aristides φαινόνται, quod longe aptius est.

* 874, D. pro αὐτῶν γαλασσῶν, iterum risuri, arbitror scripsisse Xenophontem, εὐδὸς γαλασσῶν, statim risuri. Nam iterum ridere non poterant, quos ioculator ille necdum risisse querebatur.

* 875, B. In his, καὶ τὸ ταῦτα νύμφαι πρὸς ἑσῶν, dico illud ὅταν abundare. Irrepsit autem in contextum, quum esset in margine positum, ut scholion, declarans τὸ πρὸς ἑσῶν, significare ὅταν πρὸς ἑσῶν.

Ibidem, Legit haec Aristides, non γυναικῶν μύρον μὲν ἢ πρὸς δέον) sed, μύρον μὲν ἢ πρὸς δέον) quam lectionem germanam esse, verba quoque sequentia declarant, αὐτῶν τὸ ταῦτα ἕσῶν. Non egent vnguento. nam ipsa per se vnguentum redolent.

Ibidem, E. pro ἐθέλει, rectius βέλει legendum videtur. H. Stephanus editione sua secūda probat.

Ibidem vltima lineam, pro μαθητῶν repono μαθητῶν: sicut & διδασκῶν praecessit in his, ὡς εἶδ' ἐπὶ διδασκῶν τὸ εἶν. sic enim scribendum, non διδασκῶν τὸ εἶν.

876, E. pro ποιήσῃ πάντας ἀδελφῶν, rectius erit ποιήσῃ πάντας ἀδελφῶν.

880, D. Non legi debet hoc loco, ἢ οὐ καὶ σὺ δὲ Σάκρατες, ἔφη, ἔχεις λέγῃν, quemadmodum & Florentini, & ab H. Stephano editi libri habent: sed potius ut alij, ἢ οὐ καὶ σὺ, ὁ Σάκρατης ἔφη, ἔχεις λέγῃν. Hen. quidem Stephanus de hoc a me monitus, ita locum editione sua posteriori mutauit; sed tacite, ne quid alteri referre videatur acceptum.

882, A. Locus hic sumtus est ex Iliadis eo libro, qui τ' inscribitur: variata tamen non nihil scriptura. Notandum, in libris Homericis reperiri εὐπλε-κτῶν ἐπὶ δὲ φρῶν, pro quo scriptum haec est, εὐξῆσιν ὅτι διφρῶν. Num μνημονικῶν hoc ἀμφοτέρωτα dicemus, an reuera scripturam diuersam, & alterutram harum vel Homero, vel Xenophonti restituendam?

*Ibid. D. pro ἢ κείνη ἐνὸς ὄντος, notavi ad marginem, ἢ κείνη ἐνὸς ὄντος legendum esse. De mutilatione κείνη, dixi superius opinionem meam.

* 884, B. Inueni lucubratione mea Taurinensi pro ὅπως οὐκ συμφοιτῶν, notatam scripturam, οὐτως οὐκ συμφοιτῶν: & ibidem, C. pro ὡς ἐν ἡμῶν αὐτοῖς ἐρῶν, repositum ἐν ἡμῶν αὐτοῖς: & versu sequenti, pro δόκει (cum interiectis) ὅπως ἐπιφληκῶν τὸ κληκῶν τυραννῶν, δοκεῖ εὐκ ἐπιφληκῶν.

* 886, B. pro ἔργον μέγιστον εἰ ἀνεγείραι, non cum H. A Stephano ἔργον μέγιστον, scribo: sed plenius ac rotundius, ἔργον ἐμέ γ' ὄβρι καὶ ἀνεγείραι.

* Ibidem. Hac verba, ὡς μάλλον μὲ ἢ δεῖξαι (cum interiectis) ἢ αὐτὸ εὐξάμεν, ἢ πῶν δ' ἴστων μοι δοκεῖ, cum ceteris; ita rectius esse scribenda, ὡς μάλλον μὲ ἢ δεῖξαι (adde addenda) ἢ αὐτὸ εὐξάμεν, ἢ πῶν δ' ἴστων μοι δοκεῖ, & cetera, notatum in meo reperi libro Taurini recensito, cum hac periodi sententia: Hac omnia tam incunda mihi accidunt, ut dum ea facio singula, non equidem maiori, sed minori potius delectatione perfri optem: quod pleraque mihi incundiora esse videantur, quam expediat. Probandum sane vtrumque.

* 887, A. pro παρ' ἑστὸ τοῦ ἀκτιστάμεν, scribo παρὸν ἀκτιστάμεν. subauditur enim vocabulum πλεον, ex præcedentibus. Idem versu postremo rectius est ἢ ἕω δαμιάμενος, quam ἢ ἕω δαμιάμενος: in quibus ultimis tempora plane diuersa coniunguntur.

* Ibidem, C. In hac noua periodo, a præcedentibus separanda, ἢ πῶν πεπαιδευμένους ἕω δαμιάμενος, facile deprehendet aliquid abesse, qui tam præcedentia, quam versibus Homericis statim subiecta considerabit. Scribendum enim, ὅτι ἢ πῶν πεπαιδευμένους, quod quidem ὅτι perit, ob similitudinem eius cum initio vocis ἢ πῶν sequentis.

* 888, A. Hic est ille locus, cuius antea mentionē libro priore Notatorū feci. Nimirum hinc omnino verbum ἀπεισύν, pro vitiose scripto ἀπισύν, Xenophonti restituendum. Quum enim legimus, ὅταν μὲ πύθωμαι, (cum interiectis) ἢ δὴ δὲ ποτε καὶ ἀπισύσαι: manifestum est, posterius hoc, ἀπισύσαι, verbo posito superius πύθωμαι non respondere. Quid autem inter hæc similitudinis, nisi mutes, ἀπισύσαι in ἀπεισύν, quod significationem non parēdi habet? Ita non vni apud Xenophontem loco restitutione verbi hactenus non recte scripti consultum.

* Ibidem, D. In his, ἢ ἕω πῶν νομίζοντες ἢ δὴ δὲ ποτε, (cum interiectis) ὡς δὴ πῶν νομίζοντες, alia non est ratio conciliandi præcedentia cum sequentibus; nisi vt pro νομίζοντες, reponatur νομίζουσιν. Ea vero de abbreviaturis proficiscuntur vitia.

* 889, B. Quod heic legitur, δὴ ἴστων μὲ πῶν δαμιάμενος, οἷς αὐτῶν, mutilum esse, de præcedentibus intelligitur. Quemadmodum enim illic dicitur, ἢ αὐτὸ εὐξάμεν, ἢ πῶν δ' ἴστων μοι δοκεῖ: sic etiam sequi debet, δὴ ἴστων μὲ πῶν δαμιάμενος, οἷς αὐτῶν.

Ibidem, D. pro ἀριστοῦ ποιῆν, reponendūm ἀριστοῦ ποιῆν. Loquitur enim continenter ἀρετῆ ἀριστοῦ.

* 890, A. Insigne mendum in his, ὅτι αὐτὸν κακὸν ἢ δὴ, relictū hactenus in omnibus editis libris. Scribendum enim ὅτι αὐτὸν κακὸν ἢ δὴ. Nam quidquid pulchri vidisset Callias, obliuisci nō poterat; mali vero, facile.

* Ibidem, B. pro τὰς ἀφελίμους αὐτῶν, scribendum τὰς ἀφελίμους αὐτῶν, facile perspicit; qui recte, quod sequitur, ὅτι πῶν δαμιάμενος, considerat.

* 892, B. In his, ὅταν λέγηται, ἔφη. οὐ. ἀλλ' ὅταν δὴ λέγεται. solidius erit, οὐκ. ἀλλ' ὅταν & ceter.

* 893, A. pro εἰ πάντ' αὐτῶν βήθιονα, putem potius εἰ πάντ' αὐτῶν βήθιονα φησὶ ἔτι.

* Ibid. D. rectius in his, ἕω χρόνον ἢ ὅτι πῶν φρονιμώτερον, scribetur ἕω χρόνον ἢ ὅτι πῶν φρονιμώτερον.

* Ibidem, E. Ista mutila non nihil, & corrupta sunt, οὐ μὲντοι (ὡς γ' αὐτῶν οἰνείη) δὴ τῶν καὶ ἐπαφροδίτων πῶν. sicque potius exaranda, οὐ μὲντοι ὡς γ' αὐτῶν

οἰνείη, ἢ πῶν δὴ τῶν καὶ ἐπαφροδίτων πῶν. Nam perit illud ἢ πῶν, propter aliquam similitudinem cum literis verbi præcedentis οἰνείη.

* 896, A. Sunt & illa vitiosa, ἡ ἀλλοῦ μορφή πῶν ἐλευθερία καὶ ἢ δὴ, ἀιδήμονι πῶν καὶ ἡγεμονία πῶν, sic integritati restituenda: ἀιδήμονι μορφή πῶν ἐλευθερία καὶ ἢ δὴ ἀιδήμονι πῶν καὶ ἡγεμονία πῶν. Propterea minus blimentē Xenophontis adsequutus in scriptura non bona, nunc sententiam veram expressi.

* 898, C. In his, οἱ φόνου πῶν καὶ ἀφρονιστεῖν καὶ ἀναρχοῦ πῶν ἐπιζόμενοι, refecandum est καὶ prius, velut irrepticium.

* Ibidem, D. pro ἕω πῶν πῶν ἐρεση, lego ἕω πῶν πῶν ἐρεση.

AD HIERONEM, SIVE DE REGNO.

Tituli transio.

NOTVM est, a priscis περὶ τὸν dictos esse reges. Propterea περὶ τὸν λόγος, (hec enim vox subintelligitur) mihi non est liber tyrannicus; sed liber regius, siue de regno. Quippe non de tyrannide heic agitur, sed vita regum cum priuatorum hominum condicione comparatur; vt harum vtra felicior sit, & optabilior, adpareat. Hac causa, cur ab Erasmi iudicio in titulo reddendo discesserim.

* 902, C. Vitiosa sunt hæc, ἐνθα πῶν ἀξιοθέατα δοκεῖ ἔτι ἀνθρώποις συναγείρεσθαι: & vel ita restituenda, ἐνθα πῶν ἀξιοθέατα δοκεῖ ἀνθρώποις συναγείρεσθαι, vt omittatur verbum ἔτι: vel hoc modo, ἐνθα πῶν ἀξιοθέατα δοκεῖ ἔτι ἀνθρώποις, συναγείρεται. quod posterius equidem sequutus sum, & ad libri marginem retuli.

* 903, B. Plenius hæc, ἀλλ' ὅρατος, οὐκ αἰνός γε οὐκ αὐτῶν πείσας, ita scribenda sunt; ἀλλ' ὅρατος, ὡς οὐκ αἰνός γε οὐκ αὐτῶν πείσας. Perit ὡς, propter similitudinem cum ultimis verbi ὅρατος.

* 904, B. Ad hæc verba, ὡσαυτὸν οὐκ εἶλες ἀπερος ἀνθρώποις πῶν πῶν ἀπολαύοι: Aufim, ait H. Stephanus, contendere; negantem heic desiderari. At ego, tamen et si cum illo viro nolim contendere, tamen in hoc eum falli iudico. Videamus enim correctionem eius, & notis illam consuetis interstinguamus; vt quibus in locis a lectione priori discedatur, adpareat. ὡσαυτὸν οὐκ εἶλες ἀπερος ἀνθρώποις, πῶν πῶν ἀπολαύοι. Nihil vero his mutationibus est opus. Solum εἶλες, restituatur in αὐτῶν, & pristina sine vitio scriptura manebit, hoc modo: ὡσαυτὸν αὐτῶν ἀπερος ἀνθρώποις πῶν πῶν ἀπολαύοι, οὕτω καὶ ὁ ἀπερος ἀνθρώπος, cum ceteris. Vides negationem nullam requiri.

* 906, E. Omnino deest verbum aliquod in his, εἰ αὐτῶν πῶν πῶν. ὄντες οἱ ἡσόντες. Esse autem illud πῶν πῶν, vt H. Stephanus adnotarat, editione priore persuaderi mihi patiebar: sed nunc scripturam similiorem sequor, εἰ αὐτῶν πῶν πῶν πῶν ὄντες οἱ ἡσόντες. Hinc enim patet, quomodo perierit illud πῶν πῶν, ob insignem cum præcedenti πῶν πῶν similitudinem.

* 907, B. H. Stephanus, quum legendum ait, ὅτι μὲ ἔχουσι χαλεπὰ οἱ σκωδόντες πόλεις, pro illis pristinis, ὅτι μὲ ἔχουσι χαλεπὰ οἱ σκωδόντες πόλεις: dicit ille quidem aliquid, sed minori cum mutatione restitui locum posse arbitror, si tantum articulus addatur, hoc modo: ὅτι μὲ ἔχουσι χαλεπὰ οἱ σκωδόντες πόλεις. Primum ἔχουσι manet intactum, nec in longius ἔχουσι trāsfit. Deinde ὁ σκωδόντες πόλεις scribendo, videtur articuli omisio

in his, οἱ σωόντες πόλεις, quæ probari meo iudicio non potest. Licet enim deinceps ita scripta istæ verba statim subiiciantur, οἱ σωόντες πόλεις: tamen reponi debere arbitror, οἱ σωόντες πόλεις: & articulum πᾶς, periisse dico, propter similitudinem cum vltima syllaba in σωόντες, quod proxime precedit. Hæc me causilla mouent, vt ab opinione prima non discedam.

Ibidem, pro οἱ πολέμοι, reponendum οἱ πόλεμοι, sicut & Erasmus legit.

*Ibidem, C. pro τὸ πλὴν νικᾶν, quod vitiosum est, restituendum αἶο, ἢ πλὴν νικᾶν. Sic enim contrariam in sententiam ante versus nouemdecim loquutus est, αἱ πόλεις ὅταν κερῆσι. de quo ipso mendum his deprehenditur inesse.

Defensa lectio contra H. Stephanum.

*Ibidem, D. pro οὐκ αὐτὸ ὄλεω τὴν πόλιν, reponendum dixi editione priori, οὐκ αὐτὸ ὄλεω τὴν πόλιν: idque de iudicio & ad sensu Guillemi Canteri, iuuenis optimi, & mihi amicissimi, suisque natalibus digni, ac immatura morte nobis erepti. Sic nimirum & superius, versu ante hunc octauo dixit auctor hic noster, εὐφραίνονται τὴν πόλιν νομίζοντες ἠνεξικεῖναι. Sic & hoc ipso Hierone in extremo, Simonides ait, Hieronem ad amplificandam patriam exhortans: αὐξέει δὲ τὴν πόλιν. Idem verbum exstat in fine Symposij, 899, A. similiter positum in his, ὅτι παρὲρ δὲ αὐτῶν. Hæc pro vera lectione loci prolixius ostendi, quia solet H. Stephanus inuidorum more, quæ ipse non inuenit, superciliose despiciere, cum aliorum occultis interdum, nonnumquam & apertis ractionibus. Heic quidem nodum in scirpo quærens: *Quasi vero tyrannus, inquit non totam urbem, sed aliquam eius partem tantum, illud faciendo, amplificaret.* Vbi quæro gestabar cerebrum, quum hæc scriberet? Parum certe profecisse videmus hominem in aula regis, & ea quidem aula; in qua libri Macchiauelli, tyrannorum & tyrannidis magistri, ab omnibus assiduo terebantur. An ignorat, factiones in ciuitatibus, etiam per tyrannidem oppressis, esse? Pendent a tyrannis aliqui, suorum commodorum causa. Sunt alij μισοτύραννοι, palam aliquando nonnulli; sed occulte, plures. Quum ergo tyrannus, victoria potitur, quum vel temere propter suspiciones suas, vel reabile propter aliquorum defectiones & insidias, de medio nonnullos tollit: gaudet ob ea facinora pars ciuitatis tyranno deuota, quum interim μισοτύραννοι doleant. Ergo nec ipse tyrannus ex eiusmodi factis solidam percipere laticiam voluptatemque potest. Cur hoc? quia totam urbem sua siue victoria, seu oppressione aduersariorum, non amplificat, sed factioni dumtaxat suæ cõsulit, cum insigni ciuium deminutione: qua fit, vt paucioribus deinceps imperet, quemadmodum Xenophontis Hiero loquitur, & his ipsis quidem verbis vtens, ὅτι μειόνων ἀρχῆς. Si non in plantis gestaret hic vir acutum ceteroquin illud cerebrum, sanè perspiceret, hoc ipsum μειόνων ἀρχῆς, imperare paucioribus, illi alteri, ὄλεω τὴν πόλιν οὐκ αὐτῶν, urbem non amplificare totam, apertissime respondere. Verbis quidem illis vti desineret: *Quasi vero tyrannus, e ciuibus aliquos trucidans, non totam urbem, sed aliquam eius partem tantum, id faciendo, amplificaret.* verum plura de his, quum explicatum hunc nodum in eius secretis illis S C H E D I A S M A T I S subtilissime videbitur.

Macchiauelli libri.

*913, A. Cum istis verbis, ὁ αὐτὸς δὲ ποιῶσι πᾶς

περὶ τοὺς οἱ ἀρχόμενοι, non coherent hæc statim sequentia, ὁ αὐτὸς δὲ ποιῶσι πᾶς ὑμῶν τυχάνοισι. Nec sensus ex eis commodus elici potest. Sane quod prima se fronte videtur offerre, quasi legendum sit, καὶ ἄλλοις (scilicet ὁ αὐτὸς ποιῶσι) οὐ ἕνας αἰεὶ ὑμῶν τυχάνοισι: locum habere non posse vident, qui diligentius hæc considerat. Ego in posterioribus, ὁ αὐτὸς δὲ ποιῶσι mutandum dico in ἄλλοις αὐτῶς: vt locus integer ita scribatur: ὁ αὐτὸς ποιῶσι πᾶς περὶ τοὺς οἱ ἀρχόμενοι, καὶ ἄλλοις αὐτῶς αἰεὶ ὑμῶν τυχάνοισι. Atque hoc adscriptum margini, non modo germanè scripturæ proximum; sed etiam rectum plane statuo.

Emendatio difficultis.

915, A. In his, ὅτι αὐτὸς τὸν θεῶν μετὰ πᾶσι ὁ αὐτὸς ἀρχῆς, ἢ ὅτι ἰδωπύη: periisse putat H. Stephanus μάλλον. quod sane vel ex eo colligitur, quia μετὰ ἰδωπύη verfu proximo in collocatione simili reperitur.

*Ibidem, D. Editione priori hæc verba deprauata in libris editis omnibus, οὐ γὰρ περὶ τοὺς ἰσομήμους, ἀλλὰ πλεονεξίας ἐνεκα νομίζοισι τῶν τυχάνοισι. sic interpretabar, vt sonant, & Erasmus eadem intellexerat videlicet hoc quodam modo: *Arbitrantur non hos quidem [milites stipendiarios] alii, vt cum tyrannis pari sint honore; sed auaritia causa.* Verum absurda profecto sententia est, dicere; milites paricum tyrānis, dominis suis, esse in honore. Quapropter aliud scripsisse Xenophotem, & hoc quidem modo, iudico; οὐ γὰρ περὶ τοὺς ὑμῶν, ἀλλὰ πλεονεξίας ἐνεκα νομίζοισι τῶν τυχάνοισι, quæ lectio vera & integra est, ac interpretado nunc reddita. Nimirum ex οἷς, vltimis litteris vocabuli περὶ τοὺς, repositum fuit a negligente librario illud ἰσο, & sequens nomen ὑμῶν cum hoc ab aliis deinde coniunctum: vtq; sensus aliquis esset, mutatam in ἰσομήμους. Posset etiam ἰσο ὑμῶν in mentem alicui venire. Sed illa ratio prior est omnino probabilior.

Absurda lectio commode restituta.

917, E. pro ἐν τῇ στραπίᾳ reperit Erasmus in suis scriptum ἐν τῇ στραπίᾳ, quarum vocum permutatio frequens est.

*918, E. Legitur in omnibus εὐ εἰρηκῶν τῶν καλλίστων (cum interiectis) ἀρχοῖσι αὐτοῦ. Ea verba non sequutus sum in mea interpretatione prima, sed illa Xenophonti vsitatissima εὐ ἰσθί: quibus quidē heic etiam vsus fuit, quum Græcæ peritiorint, εὐ εἰρηκῶν ea lingua ne quidem ab aliis, minorum gentium scriptoribus, ac minus accurate loquentibus, nedum a Xenophonte dici.

A D R A T I O N E S R E D I T V V M, S I V E D E P R O V E N T I B U S.

*Pag. 920, A. Lucubratione mea Taurinensi profiteretur vbiq; Xenophon hoc libro, se commonstraturum rationes τῆς ἐσθῆς καὶ πλῆθους, vicius suppediandi ciuibus; itemque τῆς ἀφ᾽ ἐσθῆς ἀποκοινῶς, quemadmodum ciues ex prouentibus publicis alēdi sint. Nunc autem vitandæ ambiguitatis causa, quum non vnum annona significet; *restitutum rationes* dicere malui, vocabuli iuris auctoribus nostris, qui & Latini sermonis auctores non mali sunt, vsitato. Et τὰ ἐσοδῶν vox adiecta, cui prouentus sunt, in hac sententia magis me confirmauit. Cur fructus non dicerem, quod antiquioris notæ iurisconsultis familiare est; eadem me ratio, quæ in annona, mouit. Nec Camerario, cui vocabulum

Titulus.

Quid p̄-
roi.

lum πρόοι libitum fuit heic reddere *De vectigalibus*; & *De fructibus*; equidem adfentiri possum. Nam vt πρόοι vectigalia non sunt, quæ glossariis veteribus & πλέσματᾶ, & πῆλη δημοσία exponuntur: ita πρόοι non sunt fructus, quum de republica sermo est, sed iisdem glossariis reditus ac prouentus publici. Πόρων significatum ex hisce Xenophonteis intelligere licet, quum 11 ἀναβάσει inquit, πόρους πόρους ἔχοντες πᾶς τὸν πολέμειν, vbi simpliciter accipe rationes, aut modos: sicut ipse Xenophon statim τῶν ποσὶς subiicit. Item 11 ἐλλήνικῶν, εἰσηγυῖτο πόρον χρημῶν, pecuniæ conficiendæ rationem ostendebant. Et v 1111 πειθείας, nihil est aliud πείθειν χρημάτα, quam cōficere vel parare pecuniæ copiam. Sic & Dionii Cassio πόρος δὲ ἀρκῆς καὶ ἀέναος est reditus perpetuus ac perennis.

* 921, B. pro εἰ δὲ πᾶς πῆς, legitur in aliis, εἰ δὲ πᾶς πῆς. Ego sic scribendum arbitror, ἢ εἰ πᾶς πῆς ἀποφῆσαι (cū interiectis) μετῆκων ὅτι μὲν λέγει ἄλλοις; cum interrogationis nota.

* Ibidem, C. in his, μέγα μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος ἀπὸν, putauit Camerarius ἀπὸν mutandum in ἀγῶν, nulla quidem ex idonea causa. Quippe sensus ex ἀγῶν rectus colligi nullus heic potest. Ego legendum censeo: μέγα μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος ἀπὸν, magnam quiddam aduenis, si periculum ab eis abfit. Et videmus itidem mox subiici, μέγα δὲ καὶ πῶ, quod istis præcedentibus respondet. His exaratis, & adlata mihi lucubratione Taurinensi; hanc emendationem illic quoque notatam inueni.

* 922, D. pro πλεσποροῖη non dubitavi lucubratione secunda reponere πλεσποροῖη. Nam alioquin etiam μεσοποροῖη, quod antecedit proxime, scribendum esset aliter.

* 923, A. pro κτήσασθαι scribendum κτήσαντο, sicut ex sequenti πᾶσι λέγει paret. ὡς ἔσθ' autem mutandum in ὡσπερ, quod οὕτω præcedenti respondet. Quamquam deinceps in Taurinensi lucubratione margini adscriptum vidi ὡς εἰ ἔσθ', vno vocabulo. Versu denique vltimo, pro ὅστω αὖ scripseram ibidem ὅστω αὖ, quod præcedenti πλείονα respondet.

* 925, D. Pro ἀεὶ παρῆχεν, scribendum ἀεὶ παρέχεν: vt respondeat verbo, quod præcessit, ἀποδιδόναι. Repertum & hoc in notis Taurinensibus.

* Ibidem, pro ἡμίμνησιν dico scribendum ἡμίμνησιν. Non enim hæc, ἡμιακόσια ἡμίμνησιν, coniungi debent, vt aliqui putarunt: sed ἡμίμνησιν referendum ad πᾶσι λέγει, quod præcessit.

* 926, A. pro ἰσχυρῶν scribi præstat ἐγχείρας. Et paulo post, B. pro διωκτῶν ἐφ᾿ αὐτῶν εἰναι πῆ ἀνδρῶν πῆς καὶ κτήσασθαι καὶ φυλάξαι, rectius διωκτῶν ἐφ᾿ αὐτῶν εἶναι πῆ ἀνδρῶν πῆς καὶ κτήσασθαι, cum ceteris. Vtrumque de notis Taurinensibus.

* 927, A. pro ἰσπόμενον, repono ἰσπόμενον: vt πῆρας βλάδους, & πῆρας ἰσπόμενον, eadem ratione dicatur, ac recte quidem. Ex iisdem notis Taurinensibus.

* Ibidem, in his, καὶ νοπομῆν γὰρ οὐδὲν . . . ἔξεστι νῦν, ἢ πᾶσι πῆρον, mutila est oratio, sic integranda: καὶ νοπομῆν γὰρ οὐδὲν ἢ πῆρον ἔξεστι νῦν, ἢ πᾶσι πῆρον. Notatum & hoc Taurini.

* Ibidem, C. Aut φοβῆσθαι habendum velut ἐμῆ πικροῦς ἢ μηδὲν μὲν πῆ δ᾿ ἢ πῆ φοβῆσθαι legerentur, aut φοβῆσθαι scribendum; vt Athenienses suos Xenophon adloquatur, quem admodum & alibi facit.

* 928, A. pro καὶ κῆμιον repositum enim, πολυπλεῖς quidam καὶ κῆμιον, male. Rectius enim, πολυπλεῖ-

σερον αὖ, καὶ οὐ κάλλιον. quod etiam Camerario placuit.

* Ibidem, D. Camerarius pro ἐνοησάτω, cum quibusdam ἐνοήσατε legit. sed melius est ἐνοησάτωσαν scribere, quod in fine mutilatum ex abbreviatura Græca.

Ibidem, pro εἶεν ἐν δημοσίᾳ, scribendum ex prior notatione mea, εἶεν δημοσίᾳ.

Ibidem, E. pro Ἀναφάτω, reponendum Ἀναφάτω, qui locus est Atticæ.

* 929, B. pro ἰσπόμενον, scribendum ἰσπόμενοι: qui erant Atticæ regionis circuitoires, custodia præsidiiq; causa eam obeuntes. Ac fecisse perhibentur hoc adulescentes, vbi primum arma induissent. In glossariis antiquis πείπλοι exponuntur δούλοι δημοσίου, & calatores, & calones; nimirum & hi ab obeundo.

* Ibidem, C. Vitiosa sunt illa, καὶ ἀπὸ ἀγροῦς τῆς ἐκείνου αὖ. Nam illud ἐκείνου nec ad πολυανθρωπία referri, nec ad τὰ μετὰ ταῦτα, quæ præcessere, potest. Itaque potius emendandum, καὶ ἀπὸ ἀγροῦς τῆς ἐκείνου αὖ. Idem & in notis Taurinensibus inueni.

* Ibidem, D. pro οἷον γὰρ, elegantius οἷον γὰρ, sicut etiam sequitur, οἷον φρουρῶν: & versu sequenti proximo, πᾶσι πῆρον ἐν πῆς γυμνασίᾳ, plenius erit πᾶσι πῆρον ἐν πῆς γυμνασίᾳ.

930, A. Quod in aliis, & in H. Stephani editione legitur, παρ' ἀγέλω σκοπούσιν, fæde vitiatum est ex ἀγέλω σκοπούσιν. Nihil heic promittunt eius schediastmata, nihil alij præstant. Nam quod Camerarius excogitauit πᾶσι μέλος σκοπούσιν, id reuera πᾶσι μέλος producit, vt ipsemet interim fateri voluit.

Ibidem, C. Quod heic legitur, ἰσπόμενον ἢ ὅσιν ὅτι δυνάμει, sequutus sum interpretando: licet in codice meo Taurini notatum pro ὅσιν inueni vocabulum δημοσίων.

AD LIBRVM DE RE
EQUESTRI.

Ag. 932, A. Hunc librum Xenophontis equidem ante xxvi annos, quum primus Xenophon meus prodiret, de industria relinquendum Camerario, viro cognitione litterarū Græcarum magno, putavi; partim ne iuuenis expertus iudicij solidi, xxxiii aut xxv natus annos, cum eruditissimo sene septuagenario, tunc adhuc superstite, certamen impar ambitiosius suscipere velle videret; partim etiam, vt cum meis hanc Camerarianam equestris libri versionem, ceu specimen interpretationis bonæ, ac Ribirti translationem Hipparchici, qui liber hunc proxime sequitur, velut exemplum vitiosæ, coniungerem. Sed quum deinceps in qualiqua aulico meo Taurinensi otio, quo non H. Stephani exemplo Xenophontem neglectu quodam offendendum, sed studio singulari demerendum excolēdis eius operibus censui, non modo tentasse, verum etiam haud infeliciter interpretationem vtriusque libri nouam ad vmbilicum perduxisse videret, quæ tamen ab eodem H. Stephano, cui deinde tradita fuit cum aliis publicanda, difficulter recuperari possēt: dum procurator in litem meus anno prope toto Francofurti aduersus eum experitur, rerum mihi librum hunc sermone Latino tradendum statui, vt si vere prior ille labor meus vel Stephani adium incen-

πείπλοι.

Locus e-
m n datus
difficilis.

Rationes
interpre-
tationis no-
ue dupli-
cis.

πῆρας

dio, vel insolentia militari bello Allobrogico per-
iisset, quæ duo vir hic mero figmento prætexere,
cui mea mihi non redderet, minime veritus est;
tamen alius non prodiret Xenophon a me recen-
situs, quam ex asse meis vnius vigiliis illustratus.
Hanc vero cōuersionem libri equestris postero-
rem cum Xenophonte Græco, velut in otio paul-
lo liberiori mensibus hibernis, & in hypocauftis
quidem Germanicis expositam, coniungere vo-
lui. Priorem, licet inter itinerum & aula molestas
quasdam occupationes, tamen longe ab hypocau-
stis, apud Italos Subalpinos Taurini factam, hisce
Notatorum libris subiiciendam duxi: vt viri boni
& æqui videant, quo animo Stephanus & inuito
me retinere lucubrationes meas admissus sit, & ta-
men easdem apud magnos plerisque viros perfri-
cta fronte contemserit; quod quidem in eo no-
uum non esse prædicant omnes, qui penitus ho-
minem norunt. Quæ vero sequuntur ad hunc li-
brum notæ, nunc primum publicantur. Quippe
Camerarij nullas vidi, eaque de causâ priori edi-
tione mihi abstinendum ab emendatione Græci
cōtextus post tatum virum existimaui. Propter
ea nec asteriscis heic opus, quod recens nata sunt
omnia.

933, C. Nec in textu *χειρας*, nec in margine *κρείσ-*
σας retineri potest; sed pro his *σκήρως* reponi debe-
re iudico. Quid autem *σκήρως*, intelligitur ex medi-
cis; qui tumores callosos ita nominant, quales in
equorum cruribus frequenter existunt. His ad e-
ditionem hanc posteriorem lucubratione tertia
notatis, & adlato labore Taurinensi; adscriptam
margini etiam illius hanc emendationem inueni,
cum adpendice, quod ab hoc vocabulo *σκήρως* de-
ductum verbum *ενοσκήρωσθαι* legatur inferius, hoc
ipso libro, 938, A. in his, *επὶ δὲ οὐκ ἔστι σκήρως*: quod vel
indurescere significat, vel callum obducere.

934, E. pro *ἢ κατὰ τὴν ἀσραγάλων*, necessario re-
ponendum *ἢ ὅτι ἀσραγάλων*. His enim oppositi
sunt *οἱ ἐμπεσόντες ἀσραγάλοι*, quos statim subiicit Xe-
nophon his verbis, *ἀπὸ τοῦ ἢ ἐμπεσόντων*. Idem no-
tatum & Taurini.

935, D. in his, *καὶ δὲ ἢ, ἢ μὴ ὀργίζεσθαι*, negatio-
nem *μὴ* expungi debere, quum aliunde pater e lo-
ci sensu; tum ex eo, quod sequitur, *ἢ λυπηώτων ἀ-*
πειλάσθαι. Nam fami passus, siti potus, iritationi
(sic enim heic reddo illud *ὀργίζεσθαι*) liberatio a re-
bus molestis opponitur. Quam vero heic a scopo
aliena ista Camerariana? *Qui norint quum famem*
aique sitim, tum irascentiam pulli ad silentia (hoc ad
μετ' ἡρεμίας spectat) *ἔσολυδίνες* (hoc ad *μετ' ἡρε-*
μίας, quod in textu nō reperitur, sed ex *ἡρεμίας* mu-
tando fingitur) *relegare*; *contra vero, cibum ἔσπο-*
νιμ, ἔσdepulsiones offensarum per homines procurare.
Nam quid tandem est illud, *Famem ac sitim &*
irascentiam equi ad silentia & solitudines relegare?
Mea interpretatio tā prior Taurinensis, quam
Viennensis posterior, rectū loci sensum exprimit.

936, C. In his verbis, *εἰ παρρησιότατος ἰσχυρῶν μὴ ἐκ-*
φύροι *πρὸς τὸ πικρ.* nihil monuit de villo vitio Came-
rarius, ego non leue deprehendo. Quid enim est
illud, *πρὸς τὸ πικρὸν παρρησιότατος*: nisi, *equus equitans*
equos adstantes? Reddidit autem ipse, *Si forte pro-*
pe absint, quasi scriptum esset, aut saltem scribend-
um pro *παρρησιότατος ἰσχυρῶν*, lectione correctiori
παρρησιότων ἰσχυρῶν. Ne diu lectores detineam, dico
Xenophonti restituendum heic verbum poeticum,

quod talibus eum ex intervallo delectatum notet
Hermogenes, adeoq; Homericum illud *ὀπτηνῶν*
vt ita locus restituatur, *εἰ παρρησιότατος ὀπτηνῶν μὴ ἐκ-*
φύροι *πρὸς τὸ πικρ.* *an adstantes inspectans*. Quia tamen
a grammaticis præcis notatum, *ὀπτηνῶν* esse factum
ex *ὀπτηνῶν*: videndum, an potius hoc loco Xenophon
ὀπτηνῶν scripserit, vt equidem arbitror. Alterutrum
ei sane restituendum, nullus dubito. Nec est, cur
id me moueat, quod *ὀπτηνῶν* lexica nostra non ha-
beant. Idem hoc & Taurini animaduersum, & ad-
scriptum margini, & interpretando redditum.

937, A. pro *καλῶς αὐτῶν πάντα ποιοῦν*, *εἰ δὲ ἄλλως*
ὄντες, cum ceteris; & distingo & scribo, *ποιοῦν*. *εἰ γ'*
ἄλλως, &c. De notis Taurinensibus.

Ibidem, B. pro *δινύματα*, quod interpretatione
postrema retinui, lectionem aliam *δινύματα* repe-
ri adscriptam lucubratione Taurinensi.

Ibidem, E. pro *ἢ τὸ σῶμα ὑπερφυῶν*, legit Camerari-
us *ἢ τὸ σῶμα ὑπερφυῶν*, quum dicat *corpi humoris*
abundans. male profecto. nam de oris vitio noto
loquitur auctor, ex quo nausea quadam in equis
existit; oris euacuatione vitium hoc ipsum curante.

938, A. Non recte sunt hæc adfecta, *τὰ δὲ τὸς μὴ*
ὄντας, *ἢ ἀπὸ τῶν*. Quippe deest aliquid, id eoq; nec
præcedentibus, nec sequentibus respondent. Exi-
gua mutatio fieri hoc modo potest. *Δεῖ δὲ, ὡς μὴ μὴ*
ὄντας, *ἢ ἀπὸ τῶν*. Sic coherent omnia. Nec dubito,
ita Xenophontem hæc scripsisse. Sequitur non
multis interiectis, *ἀφρησιότων σπείροι τὸς πίδας*, mutan-
dum in *ἐφρησιότων*, ex euidenti ratione: sicut paulo
post dixit, *ὅτι τῶν ἐφρησιότων*, quod tantumdem est, ac
τῶν ἐφρησιότων.

Ibidem, B. In his verbis, *καὶ τὸς πίδας καπυρωῖς*,
vitiose scriptum reperitur illud *καπυρωῖς*: verbum
in editis, etiam H. Stephani posteriore impressio-
ne, Camerarius quoque scripturam sequutus est
corruptam, dum *pedes equi ampliari*, reddidit. *Pe-*
des equi certe vel ampliari, vel dilatari, quod est
καπυρωῖς, nō prodest. At eisdem redditorustio-
res, magnā habet vtilitatem. Ergo restituendum,
καὶ τὸς πίδας κεραινωῖς: quæ quidem lectio a me re-
perta est in lucubratione secunda Xenophontea
Taurinensi.

Ibidem. Vides inclusum [εἰ], quia reabsse su-
perfluum. Ibidem nequit *ἀμφοτέρων* retineri, sed
Pollucis *ἀμφοτέρων* prorsus admittendum. Secun-
da quidem recensione Taurini ex vtroque voca-
bulo *ἀμφοτέρων* & *ἀμφοτέρων* aliud factum inueni
ἀμφοτέρων, & pro hoc expositi rotundi lapides, in
viis iacentes. Sed nunc ista mihi non probantur,
præ Iulij Pollucis *ἀμφοτέρων* voce, quam Xeno-
phonti tribuit.

939, D. pro *χρῆτι*, *ἔσπερομῶν* *π*, *καὶ ἔσπε*, scriben-
dum: *χρῆτι*, *ἔσπερομῶν* *π*, *ἔσπε*. Nam *καὶ* quidem al-
terum abundat, & *ἔσπερομῶν* Græci non dicunt.

940, B. In omnibus editis est, *ποιήσαντα πρὸς ἐνέαι*,
corrupte. Nam *ποιήσαντα πρὸς ἐνέαι* scripsisse Xeno-
phontem, vel inde perspicitur; quod aliqua re iam
facta, (id inest illi *ποιήσαντα* significatum) non opus
sit accedere, vt eam faciamus.

Ibidem, B. licet forte tolerari possit *πρὸς ἄν*, re-
ferendo id ad *μακρῶν* sequens; tamen *πρὸς ἄν*, rela-
tūm ad *διδασκῶν* melius est, præsertim quum *μακρῶν*
πρὸς ἄν aliud habet *πρὸς*, quod prius illud excludit.

941, A. post hæc verba, *ὅσον δὲ ἀπέχον τὸ χελλῶν*
ἢ ἀπὸ τῶν, subiici statim debere videntur ista, *ὡς μὴ ἀ-*
Ibidem, D. ὁ σφῆν ὀφθαλμῶν retineo, nec ὁ σφῆν ὀφθαλμῶν scribendum admitto, de opinione H. Stephani. Sic enim & in ἰωνικῇ Xenophon, ὁ σφῆν πλατυπέρεα καὶ βραχυπέρεα, dixit; itemque rursus hoc libro 982, C. ὁ σφῆν ὀφθαλμῶν, καὶ ἄλλω, ὀφθαλμῶν: quum equi tamen illic vtroque lumbos, vt canis heic, intelligat. Quod sequitur, τὰ μὲν δὲ, puto scripsisse Xenophontem τὰ μὲν δὲ. Sic βραχῶν de sententia H. Stephani non opus est in βραχῶν (scilicet ὀφθαλμῶν) mutari: quum a vocabulis μακρῶν & βραχῶν, sint illi genitiui μακρῶν & βραχῶν, non ab ὀφθαλμῶν μακρῶν καὶ βραχῶν.

978, B. Ad marginem libri Taurinensis notatum pro σημῆς reperi vocabulum σημῆς in iis, quæ ita leguntur in libris editis, ἀπὸ δὲ μετὰ δὲ αἰσῶν ἢ σῆματων. Quum autem interpret alius verterit, Gestu corporis: videtur is, ἢ σῆματ' legisse. Μετὰ δὲ αἰσῶν tamen σημῆς, non est gestus corporis. Ego signorum vel indiciorum mutationem interpretor, sicut 976, C. πορεύονται ἀσῆμος dixit, hoc est, indicio nullo dato: vt σῆματ' sint heic, quas superius dixit ἀσῆμος, 976, D. pro indicis, de quibus præsentia

Quid σῆματ' σημαίη

leporis sentitur ac deprehenditur.

978, autē pag. lit. C. minime διχίως ex opinione H. Stephani mutandum in εικίως: quum heic ita διχίως ἐπιαναλαβάνουσι sit accipiendum, vt paulo ante, lit. B. dixit ἀλλήως ἀνωρεῖς πῶς θυχίω.

Ibidem, C. Excepta editione H. Stephani, sunt alij plerique libri, qui pro his, καὶ εὐποδες καὶ εὐενες, habent scripturam pleniorē, καὶ εὐποδες, & εὐενες, καὶ εὐπειχες. Atque ita debere legi, etiam sequentia declarant; in quibus hoc εὐπειχες repetitur.

979, B. Hæc verba, πᾶσι βόρρα εἰς ἡ δὴ πα, vitiosa non sunt; ideoque libuit ea retinere, ac interpretari. Quædam recentior editio notat in margine pro δὴ πα, vocabulum δὴ πα. Id a Leonicensio interprete petitum, qui δὴ πα reddidit, Si durauerit. Sed altera lectio melior est.

Locus mutilus redintegratus.

Ibidem, C. Deest in his aliquid, εἰς τὸ αὐτὸ συμμιγνύσθαι. ἢ αὐτῶν παρὶ ὁμοίως: ac videbor fortassis audacior, si absque manu scriptorum auctoritate, quid defuit ostendam; sed ostendam tamen, neminem interim cogens, vt inuitus mihi ad stipuletur, nec in lectionibus vsitatis quidquam innouans, dum eruditorū ad sensum habuero. Puto sic fuisse scriptum, εἰς τὸ αὐτὸ συμμιγνύσθαι ἢ αὐτῶν καὶ αὐτῶν (scilicet ἰχθῶν, quod præcessit) παρὶ ὁμοίως. Periisse videtur hoc αὐτῶν, propter similitudinem cum αὐτῶν. Magis ita quidem omnia sunt perspicua.

Ibidem, E. pro ὅτι πλείω χρόνον (ὕδα) ἢ εὐνάων ἢ δρομαίων, esse scribendum ex sententia Stephani, ὅτι ὅτι πλείω χρόνον & εὐνάων ἢ δρομαίων, sane probō.

Locus emendatus difficilis.

Quod autem in mox sequentibus, πᾶσι εὐνάων ὁ λαγῶς περιέεται ἐπιστάμενος, πᾶσι δὲ δρομαῖα ἐχὼ loco illius verbi περιέεται, reponendum vel ὅτι περιέεται, vel ὅτι περιέεται, putat: in hoc ad sentiri equidem ei non possum. Quippe contraria sunt, ὅτι περιέεται, proficisci aliquo, vel ὅτι περιέεται, pertransire, ac ἐπιστάμενος insistere; nec coniungi sane possunt. Vt autem breuiter aliam loci emendandi rationem, eamque rectiorem ostendam; dico primum, μὲν esse per abbreviaturam corruptum ex τῶν, & pro περιέεται scribendum ποιεῖται, ac versus sequenti ἰχθῶν pro ἐχὼ: vt plana sit & integra oratio, πᾶσι εὐνάων (scilicet ἰχθῶν) ὁ λαγῶς ποιεῖται ἐπιστάμενος: πᾶσι δὲ δρομαῖα ἐχὼ. Nimirum illi ἐπιστάμενος præcedenti, respondet velut oppositum ἐχὼ: quum ab eodē alterum πᾶσι prorsus sit alienum. Dixit autem ἰχθῶν ποιεῖται perinde, ac paulo post, εὐνάων ποιοῦμενος, p. 980, A. Huic emendationi, vt arbitror, aduertabitur nemo; nisi temere rixosus fortasse quispiam. Quum autem locum etiam illum pag. 980, A. adtigerim, addam obiter, ὅτι αὐτῶν εὐνάων ποιοῦμενος εὐνάων, non nihil mutilatum videri; quum verbum nullum, quod huic ποιοῦμενος respondeat, sequatur. Sed facillime feret opem, qui ὅτι αὐτῶν εὐνάων, ὁ ποιοῦμενος εὐνάων, scribet.

980, E. pro ὑπερβόρρατες (οἱ λαγῶν) πᾶσι σιμαὶ καὶ ψιλᾶ, necessario scribendum ὑπερβόρρατες. Nam vbi superarunt a siluis nuda loca, (id ὑπερβόρρατες est) iam scilicet in tuto sunt: dum adhuc superant, (id ὑπερβόρρατες denotat) adhuc in periculo versantur.

981, B. Apud Græcos ἀποχωρεῖν πᾶσι ὄρη, non dicitur, pro secedere ad montes: ἀποχωρεῖν ἢ πᾶσι ὄρη, vel εἰς πᾶσι ὄρη, rectum est. Itaque vel scribendum heic, ὅταν ἢ τὸς λίθους, πᾶσι ὄρη, vel ὅταν εἰς τὸς λίθους, πᾶσι ὄρη (cum interiectis) ἀποχωρεῖσιν.

Ibidem, C. ὅτι ὁμοίως vitiosum est, pro quo substituendum ὅτι ὁμοίως, editione priore monui.

Ibidem, E. In illo, καὶ ἢ ὅτι γιγνομένων, quibus a-

nimaduertit aliquid hæere vitij: quod corrigi poterit, hoc modo scribendo, & αὐτῶν ὅτι γιγνομένων.

982, B. Heic etiam in ὅτι πᾶσι omissus articulus, ὅτι πᾶσι, propter eius πᾶσι similitudinem cum πᾶσι, prima vocis sequentis syllaba.

Ibidem, C. Lego ὅτι πᾶσι μένους, pro ὅτι πᾶσι μένους; idque refero ad μῆρους, ac recte quidem. Nonnullis in libris reperi scriptum, ἔωθεν μῆρους ὅτι πᾶσι μένους. quæ lectio non adspemāda videtur, & intelligenda hæc ipsa verba de musculis leporinis.

Ibidem, E. Adeo corrupta sunt hæc verba, δὴλον ὅτι πᾶσι τὸ ἐν χεῖρῶν, vt prorsus ea Leonicensius omiserit; Budæus, H. Stephanus, alij nec emendando, nec interpretando sibi adtingenda duxerint. Ego ne plane cum his eadem silentio præteream, aliquid proferendum arbitror, quod viam saltem struat aliis, si quidem ipse a meta videar alicui aberrare. Dico igitur, existimare me, scribendum hoc modo: δὴλον ὅτι πᾶσι ἐν χεῖρῶν. Sensus autem est, quantum lepus ultra pedes priores in cursu posteriores collocet, in necessitate conspici, quum ea premitur.

Locus corruptissimus, et ab aliis ante hæc insertus.

Notum, ita χεῖρας vocabulum in vsu esse: veluti quum εἰς χεῖρας ἢ μάχης ἀφικνεῖται dixit Plato, quæ pugnandi necessitas est; quum εἰς χεῖρας καὶ δίασται, frequenter alij. Quum vero illa Xenophontis nostri verba considero, superius emendata non nihil in notis hisce, ad paginam 971, E. ἢ γὰρ χεῖρα μέγα εἰς περὶ δουρῶν συμβάλλεται, necessitas magnam aliquid ad alacritatem adfert; eademque cum his ipsis, δὴλον ὅτι τὸ ἐν χεῖρῶν, hoc in necessitate manifestum est, confero: non iam amplius sane dubito, quin ita rectissime locus hic restitutus sit.

983, A. pro καὶ ἀβάλλον τῶν ἀββάλλον πᾶσι ἐπρον ὕς, simpliciter scribo, vocula τῶν non inducta, sed in ἀβὰ commutata: καὶ ἀβάλλον ἀβὰ καὶ ἀββάλλον πᾶσι ἐπρον οὐκ ἀβὰλλον. Et ostendimus superius quoque locum in notis ad p. 810, B. libro 111 Memorabilem, vbi simpliciter pro ἀβὰ positum τῶν legimus, sed vitiose. Pro eo, qui forsitan expungendum existimet, id facit; quod temere videatur irrepsisse de

prima syllaba verbi sequentis ἀββάλλον: quum τῶν & πᾶσι, sibi simillima sint. Versu sequenti cum lubricatione Taurinensi pro ἀπερὶ δόμενος lego ἐπερὶ δόμενος, sicut & superius in ἰσπηκῆ pag. 948, D. indicatum pro ἀπερὶ δόμενος rectius legi ἐπερὶ δόμενος. Reperit notatum in eodem libro Taurinensi, posse hoc loco sic legi verba, quæ ἐπερὶ δόμενος sequuntur: ὅτι δὴ πᾶσι ὑποσρέφει τῶν, pro quibus scriptum reperitur in editis plerisque, διὸ δὴ εἰς τοῦτο ὑποσρέφει τῶν. Sed prior illa scriptura potior est.

Ibidem, B. Sensem plane coactum fingunt, qui in his verbis, ἵνα μὴ πᾶσι νόμοι ἐναντίοι ὄσιν οἱ ἰδόντες, retinent hoc vltimum ἰδόντες. Ego priori editione monui, legendum οἱ δρόντες, quod rectū est, & a Leonicensio laudatur.

Ibidem, D. pro αὐτῶν ὅτι χεῖρας, scriptum in eodem Taurinensi libro, αὐτῶν ὅτι χεῖρας.

Ibidem, E. Ad emendationem huius loci, πᾶσι ἀρκους ἰσάτω ἀμφιδρόμους τραχείας, quædam adfert H. Stephanus remedia, quum ἀμφιδρόμους diuise scribit; sed τραχείας, σιμαὶ, λαγαεῖς, non posse coniungi cum δρόμους, vltro fateretur. ἀμφιδρόμους ex Omnibono colligit, quū is diuortia reddat. Xenophon tamen hoc ipso deinceps libro, 990, B. διόδους βιυία dixit. Alij simpliciter ἀμφιδρόμους reponendum putant, quod recte quadrat ad illa sequentia, τραχείας, & σιμαὶ, & λαγαεῖς, & σκοτεινάς. Sed mihi non temere

Locus emendatus difficilis.

1136
teme
relic
retin
quæ
le dy
brcu
frequ
maru
mu
ole
tem
ptius
vāc
quu
Qui
rens
nisc
Se
recti
It
quicu
bum
tur. E
datio
teried
xerat
Iubi
quem
diuer
fuit, a
cere
seuro
bene
mit, q
ment
ab ho
mus
bet ex
nim h
extre
ba me
firma
98
no m
sequen
Sic ka
nem.
cos
fuisse,
quasi
bum
plena
veter
tatum
Ver
in ali
mutan
retia n
iam de
ibidem
Ibid
nida.
recte
Ibid
scriber
post re
cetetic

temere *δρομ*, in quo tot litteræ sunt, excludendum A
 reiiciendumq; videtur. Quapropter ut hoc quoq;
 retineatur, scribendum existimo, *ἀμφὶ δρομῶν ὁδὸς*
πρὸς ἄλλας, σιμαί, λαγαροὺς σκοτεινὰς. Potuit autem facile
δρομῶν ὁδὸς sic a librariis corrumpi, propter ab-
 breuiaturam huiusmodi *δρομῶν*, quæ Græcis est
 frequens, accedente præsertim litterarum proxi-
 marum o d amissione; cuiusmodi multa fieri vide-
 mus, quum ætatis vitio litteræ nonnumquam ex-
 olescunt. Hoc modo nihil ante vocem *ρο* sequen-
 tem deest, ut H. Stephanus suspicatur, quum illud B
 priuspositum *ἀμφὶ*, eodem spectet. Nec ante *ἀν-*
νάου, perit aliquod substantiuum, ut idem putat,
 quum *Χρῆμα ῥοὺς ἀνάου*. Xenophon coniunxerit.
 Quippe *χρῆμα ῥοὺς* non profusidem est, quod tor-
 rens; sed aquæ riuus hibernæ, qui *ἀνάου* ac peren-
 nis esse potest, impari tamen aquarum copia.

Sequitur ibidem. *ὅσα ἢ ἄλλα εἰς ἀπρον εἰπεῖν*, quod
 rectius *ὅσα ἢ ἄλλα εἰσὶν, ἀπρον εἰπεῖν*, scribetur.

Iterū vero locus aliis pro deplorato relictus se-
 quitur, *τῶτων ἢ παρόδου, διόδου, &cet.* Quippe ver-
 bum nullum subiungitur, ad quod hæc referan-
 tur. Ego pro *τῶτων ἢ παρόδου*, aio scribendum emen-
 datione difficili, & rara, *ποιεῖτω ἢ παρόδου* (cum in-
 teriectis) *εἰς ὄρθρον, καὶ μὴ πρὸς.* Sicut enim antea di-
 xerat, *ὁ ἀρκύραρος ἔλιτω, ἵτεμ τὰς ἀρκύρας ἐχέτω*: ita nunc
 subiicit, *ποιεῖτω ἢ παρόδου*. Sic verior sensus, & se-
 quentibus per omnia respondens eruitur, planeq;
 diuersus ab eo, quem Leonicensus fingere coactus
 fuit, ac nullo quidem sensu, quum ait: *Omnia di-*
cere infinitum esset, accessus, transitus, manifestos, ob-
scuros: Id orto iam sole faciat, non in deluculo. Nota
 bene, *Id orto sole faciat*, inquit, nec tamen expro-
 mit, quid faciendum. Nostra planissima sunt, & a
 mente Xenophontis non discedunt. Versu autem
 ab hoc quatto in his, *ἵππον καλῶς πρὸς*, recte colligi-
 mus ex his eiusdem Leonicensi verbis, *Nihil prohib-*
et exire, scribendum; *ἵππον καλῶς ἵέναι πρὸς*. Perit e-
 nim hoc *ἵέναι*, propter aliquam similitudinem cum
 extremis in *καλῶς* litteris. Et hæc ipsa quidem ver-
 ba meam de *ποιεῖτω ἢ παρόδου* emendationem con-
 firmant.

984, B. pro *ὅτι τῆς ἰχθύος μὴ ὑπερβαλέμεθα*, repo-
 νο *μὴ ὑπερβαλέμεθα, πορὰ μὴ non interponere.* Nam hoc
 sequentibus istis respondet, *ἐλεῖν παρῶ, cito capere.*
 Sic *καλοῦ ὑπερβολῶ* dixit Herodotus mali dilatio-
 nem. Quo magis mirandum, homines etiam Græ-
 cos *ὅτι τῆς ἰχθύος μὴ ὑπερβαλέμεθα* reddendum cen-
 suisse, *Ferarum inuestigatione nō te nimium expleas*:
 quasi aut *ἐμβαλέμεθα* sit explere seipsum, aut ver-
 bum *ὑπερβαλέμεθα*, in significatione nimium ex-
 plendi se, reperiat apud vltos scriptores Græcos
 veteres, extra hunc Xenophontis locum, vbi vi-
 tium est.

Versu post hunc altero, *τάνετω ὁ ἀπίδου*, quod &
 in aliis inuenitur, & in vtraque Stephani editione,
 mutandum in *τάνετω ὁ ὀπίδου*, in locis planis. Nam
 retia maiora planiciem requirunt. Sic profus et-
 iam deinceps, 993, A. *ἀπίδου* vitium ex *ὀπίδου*,
 ibidem ostendemus.

Ibidem, C. pro *ἢ ὅτι καπῖδε*, reponendum *ἢ ὅτι κα-*
πῖδε. Nam hoc præcedentibus illis, *ὅτι ἐχ' ἐώσκειν*,
 recte opponitur.

Ibidem, E. pro *ὅτι ἀπὸ πηλαγμένων*, scilicet *ἰχθῶν*,
 scribetur rectius *ἐπηλαγμένων*: sicut idem paullo
 post reperitur, p. 985, A. *ἐπηλαγμένα, πρὸς φερῶ*, cum
 ceteris.

985, A. Non *προφωρμέναι* ἀλλὰ τὰ αὐτὰ legit O-
 mnibonus, sed *πρὸς φωρμέναι*, quum vertat, *Hæc illac*
proredientes. Ac recte quidē hoc. Nam qui sum-
 tum a tetrina vocabulum *προφωρῶν*, pro *δραγῶν*
 vsurpatum ab Atticis, huc e Iulio Polluce transfe-
 runt; somnare mihi videntur, ut etiam in aliis ple-
 risque. Quæ sequuntur, *ὄρθια, πινῶ, καμπύλα, μαρῶ*,
 sic in Taurinenfi libro scripta reperi, *ὄρθια, (non ὄ-*
ρθια) καμπύλα, πινῶ, μαρῶ, recte. Nam hæc ordine si-
 bi opponuntur itiuicem.

Ibidem Dico pro *τῆς ἰχθύος δρασίου* vel scriben-
 dum *τῆς ἰχθύος δρασίου*: vel si *τῆς ἰχθύος* retineri pla-
 ceat, pro *δρασίου* reponendum *δρασίου*, sicuti
 supra loquutus est, pag. 978, A. Sed heic mihi *τῆς*
ἰχθύος δρασίου, magis probatur.

984, C. pro *ἐμβωόντων ἢ ἀπὸ δρωκόμενων* rectius
 scribetur, *ἐμβωόντων ἢ αὐτοῖ*, scilicet venatores.

Ibidem. Vitiosum est, *ἀπρον γάρ*. Nec interpre-
 tatio bona, quum dicitur, *non obuiam eundem le-*
pori, quoniam id difficultatem adferat. Quippe mi-
 nus est difficultatis in obuiā eundo, quam in per-
 sequendo lepore. Sed non vult obuiam iri. Nam
 imperitum aliquid, aut imperiti venatoris hoc es-
 se dicit. Itaque reponenda in Græco, pro *ἀπρον γάρ*,
 scriptura rectior, *ἀπρον γάρ*. Exigua mutatio, sed
 momenti non exigui; quum alios *ἀπρον* illud mi-
 sere torserit, atque etiam Henricum Stephanum.

Ibidem. Pro *ἀπρον ἢ κοινόν μὲν*, scribitur emen-
 datius *ἀπρον ἢ ἐκείνον μὲν*, scilicet *κοινόν μὲν*. Sequi-
 tur enim, *ἢ ἢ*, scilicet *τῆς*, quod vocabulum illi *ἐκεί-*
 νον responder.

986, A. Vitiosa sunt istæ, *ἢ πάλιν, ἢ πάλιν ὠκύνες*.
 Non enim illæ canes, a vestigiis aberrantes; reuo-
 cantis venatoris voces sunt; sed potius incitantis,
 ut rursus idem agant. Quapropter *ἢ πάλιν, ἢ πάλιν ὠ-*
κύνες, esse mutanda non dubito in *πύμπαν, πύμπαν-*
ων ὠκύνες. Nam & Leonicensus dixit, *Retro, retro*:
 quod non est *ἢ πάλιν, ἢ πάλιν*, sed *πύμπαν*. Rectius
 tamen *retorsum* interpretabimur.

Ibid. B. Sequutus sum Leonicensi lectionem,
ἢ πύμπαν φιλολυμίας. Id enim ipsi Latine studium est cer-
 tandi, hoc est, contentionis studium, quod canibus
 inesse certū est. Si quis & ambitionem quam-
 dam, honorisque cupiditatem caninam existimat
 in canibus existere; is vulgo receptam scripturam
ἢ πύμπαν φιλολυμίας, per me quidem licebit, ut retineat.

Ibidem, B. C. Sicut *ὑπερπιδώσασαι*, ceu superfluum,
 & ex *πλά ὑπερπιδώσασαι*, paullo ante posito, temere
 repetitum, explodi debet: ita quod hæcenus in
 margine legebatur adscriptum *ἐπαναίρουσαι τὰς κερῶ-*
λας, ceu genuinum suo loco reposui, præsertim
 quum in multis exemplaribus ita scriptum repe-
 riatur. Alterum [*ὑπερπιδώσασαι*] sic propter indicatam
 causam notis inclusimus, & in versione profus
 omisimus.

987, A. pro *ἵνα μὴ φιλοπονίαν δρασθῆναι*, rectius
 scribetur: *ἵνα μὴ δρασθῆναι φιλοπονίαν δρασθῆναι*. Prius *δρασ-*
θησθαι, ob eiusdē repetitionem in *δρασθῆναι*. Sen-
 sus est, *ne gratis a studio laboris sibi pernicie m adfe-*
rant. Liberius a quo Leonicensus, *Ne nimio labore*
factum perdant. Vti nimirum vitiosum illud *δρασθῆ-*
ναι retineret in reddendo, factum adiecit.

Ibidem, D. Corruptus hic locus est, *τὰ ἢ δρωμάα*,
εἰς αὐτὸν ἐλθῶσι, τῶν ἰχθῶν μετὰ δὲ ἵππων. Quidam mutando
τῶν ἰχθῶν in *τῶν ἵππων*, se remedium adlaturum putauit,
 sed frustra. Nam & transpositio vocum, & emen-
 datio quorundam requiritur ad eius plenam in-

Χρῆμα ῥοὺς
 ἀν ἀνάου

Locus a-
 lius diffi-
 ciliu resti-
 tutus.

Disfectus
 versu.

ἵππον καλῶς
 πρὸς, d. f.
 ferre.

ὑπερβο-
 δῶ, d. l. a-
 210.

ὑπερεμ-
 βάλεσθαι.

ἵππων bis
 corruptum
 ex ἐπίπε-
 δον.

προφωρ-
 ῶν.

ἀπρον γάρ

Perquam
 elegans e-
 mendatio

ὑπερπιδώσασαι

Locus e-
 mendatus
 difficilis.

regitatem. Scribendum enim, πῶς ἡ δρομῆα τῶν ἰχθῶν, ἕως αὐτῶν εὐρωσι, μεταθεῖν εἶν. Nimirum πῶς δρομῆα τῶν ἰχθῶν respondent illis superioribus, πῶς ἰχθῶν τῶν εὐρωσίων. Catulos ad vestigia cubilibus impressa solui, prius vult: nunc eos ad vestigia cursu impressa dimitti sinit, donec leporem inueniant. Talem & Leonice- nus in libro suo lectionem reperit, vti de verbis e- ius hīce perspicitur: *Ad cursoria vestigia (δρομῆα τῶν ἰχθῶν) transcurrere eas sinat, quoad ea inuenierint, ἕως αὐτῶν εὐρωσι.* Vides omnia restitutioni nostrae con- sentanea, nisi quod *Donec vestigia reperiant*, dixit: quum auctor id de reperiundo lepore ipso, non de vestigijs, intelligat.

Ibidem, E. pro μὴ ἀκόσμως αἰεὶ τῶν ζῴων, scriben- dum μὴ ἀκόσμως αἰεὶ τῶν ζῴων. Idem in Taurinenfi libro notatum reperi. Colligitur etiam hoc ita bo- nis in libris scriptū inuenisse Leoniceum, quum pro ἀκόσμως, ἐπισκίε dicat. Hoc enim Græcis ἀκόσμως est, non μὴ ἐκ τῶν κόσμων, quod admodum ab H. Ste- phano in scite producitur; minus etiam, μὴ ἐκ τῶν κόσμων, quod alius quidam, in restituendis veris le- ctionibus parū διορθωτικῶς, licet alioqui Græcæ perit- tissimus.

Emenda- tio diffici- lis.

988, A. Illud ὅταν ἀναρῶν, corruptum est. Omit- to quorundam interpretationes coactas, qui ἀ- ναρῶν) volunt respondere πῶς δεχόμενος τὴν περὶ φερόμε- να: quasi ὅταν ἀναρῶν, scilicet τὰ σιλία, sit intelligen- dum; *Quum escam oblatam capiunt.* Nihil absur- dius fingi potest. Hoc fieri solet, quum vitiose le- ctiones ad aliquem sensum vi torquentur, non em- mendantur. Ego pro ὅταν ἀναρῶν, aio scribendum, ὅταν εὐρωσίων, quum aliquid inuenierint, tunc videli- cet obiciendam eis escam. Sic de catulis etiā paul- lo ante dixit, ἕως αὐτῶν εὐρωσίων, donec inuenierint, (quod illic quoque vitiatum restituimus) profus ut heic, ὅταν εὐρωσίων. Nimirum in his ὅταν ἀναρῶν, duplica- tum illud ἀν) manat ex vltima vocis præcedentis ὅ- ταν, negligentia librarij repetitum.

Ibidem. Vbi ὅταν μὴ ἐνδεῖς ὄσι legitur, necessa- rio scribendum, ὅταν μὴ ἐνδεῖς ὄσι. Nam his oppo- nitur statim, ὅταν ὀπιθυμοῦσιν λαβῶσι. Nec aliter hæc exarata Leoniceus in suis inuenit.

Leue quiddam est, quod lit. C. ἐκ τῶν αὐτῶν εἰς τὸ αὐτῶν, rectius indicabo scribendum ἐκ τῶν αὐτῶν εἰς τὸ αὐτῶν: & quod lit. D. pro ἐπεδεν, positum a me di- stinctis vocibus, ἐπι δὲ δ.

Locus in- signiter vi- tiatus.

990, A. Locus hic, ὡς μονωθῆναι ἕνα αὐτῶν βία- δέσται δὲ τῶν, ἢ μὴ περὶ τὸν δρόμον αἰ κωῖες ἀπολείπον. Locus inquam hic valde corruptus est. Hen. Step- hanus, & alij, non tactum silentio prætereunt, de re- medio scilicet desperantes. Quidam repertus, in litteris græcis eruditissimus, sed nequaquam εὐσο- χος in diuinando de locis mendosis, qui aliquot et- iam verba desiderari suspicatur. Ego more meo rationem explicandi nodi paucis ostēdam. Quip- pe si leui adhibita distinctione dumtaxat, & aliqua mutatione facta, βία δέσται cortexerimus in hunc modum: ὡς μονωθῆναι ἕνα αὐτῶν βία. θεόντος δὲ τῶν, ἢ μὴ περὶ τὸν δρόμον αἰ κωῖες ἀπολείπον, restitutus erit e- gregie locus, & ipse sensus rectus ac perspicuus.

Ibidem. Pro π, τε ἕχρος ἔδεν) εἰκός ἐστ, scribendum ἔδεν) εἰκός ἐστ.

Ibidem, D. pro τῶν ποδερῶν, corrupto ex abbre- uiatura non recte considerata, scribendum πῶς πο- δερῶν. Non enim coniungi debent hæc, ὅτι τῶν ποδερῶν: sed ista potius, ὅτι θεῖναι πῶς πο- δερῶν ἰσοπέδον.

A Ibidem. Vitiatum in his, ὅτι θεῖναι δονίδας ἀρακτυ- λίδος, vocabulum illud δονίδας: quod quidem red- dere quum Leoniceus, alienum a textu Xeno- phonis, quocumque modo conareretur; attractyli- dis coliculos siue cauliculos transuersos dixit, ido- neo sensu nullo, aut nihil huc profecto pertinen- te. Quapropter scribendum ἀκίδας ἀρακτυλίδος, ἀκίδας ἀ- voce spinas aculeatas, vel ipsos aculeos attractyli- dis, quæ spina quædam species est, significante. Fuit in hoc εὐσοχος, cuius coniecturæ ceteroquin præter indolem gentis ab acumine destituuntur.

Ibidem, E. pro αἰωθεν δὲ τῶν, scribendum po- tius αἰωθεν δὲ τῶν, scilicet τῶν ἐξαρεθῶν, quod præcessit. Ita scilicet antea legimus, ὅτι βαλεῖν ἐπὶ αὐτῶν, sicut heic ὅτι βαλεῖν ἐπὶ τῶν. Henrici Step- hani restituta vox τῶν, quali Xenophon αἰωθεν τῶν- τος scripserit, probari nequit; etiam propter am- biguitatem, sequentibus nimirum his, γῆς στερεῆς ἢ ἀπέθεν, quæ alioquin ad illud τῶν, pertinere vide- rentur.

C 991, A. pro ὅτι κηρύσσοντα, repono ἐκκηρύσσοντα: quo verbo Xenophon hæctenus vsus est; quoties de canum incitatione loquitur.

Ibidem, B. pro ἀφῆκόμενον τὸ ζῦλον, scribendum potius ἐφῆκόμενον: cui quidem inest etiam trahendi difficultas, sicut hoc & Plato vsus est.

Ibidem, E. Restitui λόγους ξυρηκῶς Xenophonti λόγους ξυ- nostro in ipsum contextum ex Iulio Polluce, ac ne quis alterum illud ξυρηκῶς ex lectione vulgata desideraret, etiam hoc ad marginem posui.

D 992, A. Existimo κρανείας potius scribendum, quam κρανείας: quum supra quoque, sub libri πρὸς ἰσοπέδους finem, κρανεία τῶν τῶν dixerit, non κρανεία.

Ibidem, C. pro ὅτι βαλλόντα scribendum ὅτι βάλλοντες, & pagina hac eadem, hac litera, non περὶ κωντα, sed περὶ κωντας; & versu ab hoc secundo ac ter- tio ὑφιστάτας, non ὑφιστάτα: quia non tantum ita su- perius loquitur, sed etiam in sequentibus, ἐλθόντας περὶ τὰς κωῖας, itemque λαβόντας τὰ ἀκόντια.

Ibidem, D. In his verbis, σιωῶνται γὰρ ἐν τοῖς ψιλλῶν ἀράχοι, nullus erui sensus idoneus ex verbo σιωῶ- χου) potest. Itaque scribendum σιωῶνται. Quod versu post hunc tertio sequitur, ποιήται ἢ δρόμον καὶ μὴ ἐξδημάσων, sine καὶ rectius erit ποιήται ἢ δρόμον μὴ ἐξδημάσων.

Ibidem, E. pro πῶς ὀρῶν κατέδεν, scribendum ὀρῶν αὐ κατέδεν, sicut & pagina sequenti.

993, A. pro εἰ αὐτῶν ἀπέδον, reponendum εἰ αὐτῶν ὀπί- δον: quum & Leoniceus planum reddiderit. Idem vocabulum ἀπέδον & supra vitiatum indicauimus 984, B.

F Ibidem, C. Ita Græci non loquuntur, ἢ ὀκρού- στας ἐπὶ, sed omnino τῆ ὀκρούσας ἐπεται. Ego tamen non in hoc vocabulo vitium latere iudico, sed in præcedenti, videlicet ἢ ῥύμη: ut hoc modo Xeno- phon scripserit, τῆ γὰρ ῥύμη ἢ ὀκρούστας ἐπεται. Et ver- bum ἐπεται, referri ad aprum debet: *Sequitur aper ipse impetum excussionis venabuli.*

Ibidem, E. Loco verbi περὶ θεῖναι in his, περὶ θεῖναι ἐν τῶν ἢ ὀκρούστας mauult, H. Stephanus verbum a- liter scriptum περὶ θῖναι, me tamen non adflicten- te; qui scribendum arbitror, περὶ θῖναι (τὸ περὶ θῖναι ex antecedentibus) ἐν τῶν ἢ ὀκρούστας, adponere vel *admonere ferrum intra scapulas.* Nam præcedenti verbo περὶ θῖναι, potius hoc περὶ θεῖναι congruit ac respondet, quam περὶ θῖναι. Nec facile Græci per- mutare solent inter se litteras θ & τ, propter so- num

Pronuntia- tio 9 litte- ra vulgo postrotum ignota.

1140
num es
ab illis
stris ho
994
em p...
paullo
non ka
cedent
set in
ex ifi
p...
io...
vtrum
Ibid
k...
peritur
nonnil
d...
cum ce
runt,
excitan
rum cu
prodid
Ibid
Taurin
monou
incedu
peri ad
sciam,
gendum
de...
cu
bration
corrige
reperit
quam
paullo
dit. Dis
ximo
phon it
vel me
μακρῶ
donec f
sensum
μακρῶ
aio, i...
neri sun
bulo, p
inquit,
τῆ π...
vtraqu
optio d
dito
995
p...
p...
similitu
μ...
det aut
τῆ γ...
Ibid
notatū
998
tamen
Ctius sc
vertit.
v...
Ibid

num earum longe dissimillimum; & d. praesertim ab illis sic pronuntiat, ut eius efferendi ratio nostris hominibus profus ignota sit.

994, A. οὐ γὰρ αὐτὸν (cum interiectis) παρὰ τὴν ἀπορίαν. Item p. 997, E. ἔνθα αὐτὸν τὴν πύξιν, & paullo post, καὶ παρὰ τὸν αὐτὸν. Sic enim scribo, non καὶ παρὰ τὸν πύξιν: ut posterius hoc καὶ παρὰ τὸν πύξιν, praecedenti verbo ἔνθα respondeat: quod alioquin esset in ἔνθα mutandum. Sed recte sic loqui Græcos, existis manifesto patet, ἐν γὰρ τὴν ἀπορίαν ἀπορίαν παρὰ τὸν πύξιν. Henrici quidem Stephani editiones & ἔνθα (non ἔνθα) & καὶ παρὰ τὸν πύξιν habent, corruptam vtrumque.

Ibid. B. Corrupta sunt hæc, εἰς τὰς ἀπορίαν τὰ ἀπορίαν παρὰ τὸν πύξιν, εἰς τὰς ἀπορίαν. In nonnullis reperitur, καὶ ἢ εἰσὶν εἰς τὴν ἀπορίαν. quæ sane lectio me inuavat nonnihil ad integriorem hanc eruendam, εἰς τὰς ἀπορίαν, καὶ ἢ εἰσὶν εἰς τὴν ἀπορίαν, εἰσὶν εἰς τὴν ἀπορίαν, cum ceteris. Leoniceum hæc ita misere torserunt, ut diceret: *Infulius vero sunt a venatoribus excitandi sues gratia in lucos, & cetera.* Nihil horum cum iis consentit, quæ Xenophon hoc loco prodidit.

Ibidem, E. Adlato mihi tandem labore meo Taurinensi, quum hunc locum inspicerem, οὐ γὰρ μονοῦμαι, ἔως αὐτὸν μακρὰ ἢ: & redditum ita, *Nec enim incedunt soli, dum adhuc paruuli sunt;* & notata reperi ad eum hæc verba, *Fuit hic locus ante me, quod sciam, a nemine restitutus. Vix equidem dubito legendum, ἔως αὐτὸν μακρὰ ἢ. ὅταν δὲ αὐτὸν κωλύει εὐρασιον, ἢ παρὰ τὸν πύξιν,* cum ceteris. Viennæ vero prius, quàm lucubrationem illâ videre liceret, huiusmodi meæ de corrigendo eodem fuere cogitationes. Pro νεογενῆ reperi non licet, quod commodius reponatur, quam νεογενῆ. Quippe νεογενῆ, quo superius est vsus, paullo dissimilius videtur. Eodem tamen res redit. Difficilius emendatur μακρὰ ἢ, quod versu proximo sequitur. Nam id quoque vitiatum. Xenophon ita certe non loqueretur, immo nec alius vel mediocriter Græcæ peritus, ἔως αὐτὸν (ἢ νεογενῆ) μακρὰ ἢ, donec porcelli longi fuerint; si dicere vellet, donec fuerint adulti, sicut Leoniceus loquitur, sensum hunc coactum exhibens, quum latens in μακρὰ vitium non perspiceret. Ego scribendum aio, ἔως αὐτὸν νεογενῆ, dum porcelli adhuc recentes ac teneri sunt. Nimirum & superius hoc vsus est vocabulo, p. 990, B. quum de hinnulis itidem teneris inquit, τὰ σάματα αὐτῶν, εἰς τὸν πύξιν, οὐ δυνάμει τῶν πύξιν αὐτῶν. Tam sane directo tedit ad scopum vtraque ratio loci huius emendandi, ut alterutrius optio difficilis esse videatur; quam equidem erudito lectori relinquo.

995, A. Quod legitur heic, ἀλίσκε) ἐν ξέναις χώραις, mutilatum est ex integris huiusmodi; ἀλίσκεται) ἐν ξέναις χώραις. Nimirum peritit παρὰ, propter similitudinem cum vltima præcedentis ἀλίσκε), & μὲν, propter similitudinem sequentis ἐν. Responderet autem his ipsis ἐν μὲν, id quod statim sequitur, ἐν γὰρ τὸν ἀλύμπτω.

Ibidem, B. Ad ista, παρὰ τὸν πύξιν, reperi notatū in Taurinensi libro verbū integrius παρὰ τὸν πύξιν. 998, B. Exiguum esse videtur, sed indicabitur tamen; in his, παρὰ τὸν πύξιν ἀγαθὸν διδάσκει, rectius scribi, τὸ ἀγαθὸν διδάσκει, sicut & Leoniceus vertit. Sequitur enim, παρὰ τὸν πύξιν ἀγαθὸν ἐπισημαίνω, quod ad prius illud respicit.

Ibidem, C. Fatetur H. Stephanus huic loco, ὅτι καλῶς ἐξήγησε γράφεται, coniecturas suas succumbere. Non tamen & meas heic succumbere patiar emendandi rationes, in Xenophonte repurgando, nusquam hæctenus succumbentes. Arbitror enim, sic ista fuisse a Xenophonte scripta: ὅτι καλῶς ἐξήγησε γράφεται, quod præstabit, hæc non esse scripta: cuius a se dicti rationem mox subiicit, quia facile ista reprehendi a sophistis poterunt. Sic autem & paullo ante loquutus est, versu ab hoc tertio; εἰ καλῶς ἔχον.

Ibidem, pro παρὰ τὸν πύξιν ἀγαθὸν ἐπισημαίνω, scribendum plenius παρὰ τὸν πύξιν ἀγαθὸν ἐπισημαίνω. 999, A. In his, εἰ μὴ ἀεὶ αὐτῶν, vitiatum est illud αὐτῶν. Nam si retineatur, referendum necessario ad πλεονέκτας, de quibus in proximo loquitur. At dici de his non potest, quod eorum optimi clari sint ex studiis rerum bonatum. Ergo pro ἀεὶ αὐτῶν, scribendum ἀεὶ αὐτῶν: sicut & paullo ante reperitur, πύξιν αὐτῶν ἐπισημαίνω.

Ibidem, B. Non dubium est, hæc esse mutila: ἐρχομαι) δὲ οἱ μὴ ἐπὶ τῶν θυρίων, οἱ δὲ ἐπὶ τῶν φίλων. . . . ἰόντες, δύσκληται ἐχθροὶ παρὰ πάντων. Propterea notas istas punctorum, pro more meo, inferendas contextui curavi. Notauit & H. Stephanus, nonnulla huic loco deesse; sed, pro consuetudine sua, vir natus ad diuinationes subtiles ista nobis obtusioribus inuideret, ut diu scilicet diuinando torqueamur, donec ipse rara illa sua schediasmata publicet, quibus & hæc referuare se memorat. Ne vero molestum sit studiosis Xenophontæ lectionis tam diuturnum cognoscendi rem adeo secretam desiderium, ex ingenio nostro Germanico, id est hebeti, de diuinatione hominis acuti diuinabimus. Immo, si modo iactantius quidam dicere licet, id proferemus; quo si verius aliquid in schediasmatis suis exhibebit H. Stephanus; omnē ei laudem acuminis in diuinando summi vltro concessuri sumus. Sic igitur hæc scripta fuisse iudicamus a Xenophonte nostro: ἐρχομαι) δὲ οἱ μὴ ἐπὶ τῶν θυρίων, οἱ δὲ ἐπὶ τῶν φίλων. Ἐοίμην ἐπὶ τῶν φίλων ἰόντες, δύσκληται ἐχθροὶ παρὰ πάντων. οἱ δὲ κωμικήται, ἐπὶ τῶν θυρίων ἰόντες, εὐκλεῖται. Hanc emendationem, quæ & interpretando expressi, recto iudicio præditis ita satisfacturam confido: ut illam promissam in schediasmatis Stephanicis, incertum quo tempore lucem visuris, non admodum sint desideraturi.

AD XENOPHONTIS EPISTOLARVM FRAGMENTA. Ad fragmentum primum. PAg. 1000, lit. A. Later in his, εἰ τὸν ἀγαθὸν καλῶς πὸν Σωκράτους ἠγροῦν βίον, aliquod vitium, & quidem in ἠγροῦν: quod sane in ἠγροῦν πύξιν mutandum existimo. Ibidem, B. Rursus hoc quoque mendosum, παρὰ τὸν πύξιν ἀγαθὸν ἐπισημαίνω (cum interiectis) γλυχομένοις ἀχθος φέρει. Scribendum autem, τὸν πύξιν ἀγαθὸν ἐπισημαίνω (cum interiectis) γλυχομένοις ἀχθος φέρει.

Ad fragmentum tertium. PAg. 1001, lit. C. In priori epistolæ ad Sotiram fragmento corrupta sunt istæ, ἄρος δὲ ζωῆς, ἐχθεὶς πάντων, αἰσιμαρῆθρον ἐπὶ φέρων τὸ μὴ ὁμοίον ἢ γλυχομένοις τῆ ἰσχυρῆ ἢ ἀρρωσίου. quæ sic me auctore restituta, ἄρος B B b b

Emendatio Taurinensis.

Emendatio Viennensis.

Emendatio adu. 700.

Locus H. Stephano emendabilis.

Locus ob scur.

Locus mutilum cum de xteritate restitutum.

H. Stephani schediasmata.

ἢ ζῶης (videlicet ἐν αἰμοὶ δοκεῖ ὁ θάνατος) οὐχ εἰς πάντων, τὸ αἰσάει μὲν ἢ τῶν φέρων τῶν μὴ ὁμοίω ἢ ἡλικίᾳ, τῆς ἰσχύος ἢ ἀρρώστια, sententiam exhibebunt rectam & planam.

Ceterum & editione priori, & hac omifimus, quæ de scriptis Theognidis H. Stephanus ex Stobæo, tamquam Xenophontea, protulerat; quum pro talibus agnosci nequeant. Ex Clemente vero Alexandrino citata, longe, plenius & integrius leguntur in 1111 Memorabilium, vt illo fragmento mutilo & vitioso non sit opus.

Perfpicit autem lector, ab æquitate non alienus, ex notatis vel ad vltimos tres Xenophontis nostri saltim libros, quibus & equestris rei, & equitum magisterii, & venandi rationes exponuntur, quam Xenophontis editio posterior, ab H. Stephano profecta post aulicæ vitæ professionem Parisinam, non omnino iustis pōderibus examinata fuerit, vti de se vir ille prædicat: adeoq; plurimis in locis, exemplo Camerarii, & hæsitaturum, & offensurum me fuisse, si ad ipsius emendationes & coniecturas tantummodo interpretationem meam accommodare voluisssem, sicut ipse loquitur, & adroganter idem aliquoties inculcat. Eius certe labor hominis, qui diuersis alioquin negotiis occupatus, librum aliquem celeriter, obseruandi pleraq; vitata studio, percurrit; quin plurimum etiam in ipsius emendatione codicis, ab illius industria superetur, qui ab ingenio mediocri non destitutus, & vsu diuturno litterarum Græcarum instructus, animo liberiore scriptoris vnus interpretationem bonam effingere nititur, sane dubitari non debet. Adiecturus his eram fragmentum lexicæ manuscripti Ioa. Zonaræ, quo verborum quorundam Xenophonteorum explicatio cōtinebatur: sed quoniam id missum H. Stephano cum Xenophōtea lucubratione secunda, nunc huic ad me redeunti adiūctum non fuit, sed ab eo retentum; iacturam hanc equi bonique faciamus, ceu momenti rem non magni quidem illam, maleuoli tamen animi fortassis aliquod argumentum. Quum ad manum Zonaræ liber, & aliquanto mihi plus erit otii: plenius eadem & excerpturi, quam prius, & cum studioso Xenophontis lectore communicaturi sumus. Si quid acrius in ipsum H. Stephanū notis hisce dictum, id culpæ suæ non late, sed latissimæ tribuat. Quam non modo durus, sed etiam iniustus fuerit, cogitet; qui nec blādissimis annorum plurium precibus permoueri potuerit, vt quod meum erat, & ipse publicare volebat, mihi restitueret: do-

Ioa. Zonara lexicæ fragmentum de Serbis Xenophōteis.

A nec inuito corā Heidelbergico prætore pacto non seruato, sententia prætoris alterius Francofurtensis ad reddendam rem alienam, præter officium viri boni, compelleretur. Mei quidem ille Zosimi exemplar, ante Xenophōtem acceptum, ab annis scilicet XIX, hodieque retinet; & eiusdem scriptoris libros priores duos, cum Herodiano coniunctos, Philippo Sidnæo Græcos, ac Latinos, ex interpretatione mea, nulla mei nominis vsquam mentione facta, dedicauit. Hac ipsa fraude Friderico Sylburgio, viro non solum bono, sed etiam optimo, & ipsius dissimillimo, sic imposuit; vt illos duos Zosimi mei libros, tomo scriptorū historiæ Romanæ quarto, quo Zosimum à me recensitum, me sciente ac prudente complexus est, H. Stephano non in solidum acceptos rettulerit. Si tale quid agere, viri boni est; etiam plagiarios pro viris bonis habendos fatebimur. Adde facinus à vestigiis delineatæ non nihil improbitatis haud longè recedens. Nolebat Xenophontem mihi meum reddere superiori anno, & lucubrationem nihilominus eamdem quum aliis præsentibus, tum etiam aliquando cuiusdam regis legato, contemnebat. Immo dixit eodem legato, & aliis præsentibus, singulari cum oris impudentia; sibi missum à me Xenophontem, non tantummodo imprimendum, sed etiam arbitrio suo corrigendum, & mutandam opere toto; & quod ea reperisset, ac emendasset, quorum mutatio non parum ad existimationem meam tuendam pertineret. Quid agas cū homine, qui comminisci quiduis audet, quum ab eo nullum in exemplari meo verbum mutatum inuenerim? Sanè non inficias eo, plus à me præstari tum debuissse, tum potuisse tomo priori sollertius elaborando, si grauioribus à negotiis id temporis hoc mihi facere licuisset. At operam tomo secundo expoliendo Taurini nauatam, eiusmodi esse adfirmo; vt non nisi per calumniam ab eo dici potuerint, que illius insolenter extenuandæ, mea cum ignominia, protulit. Sed inuerecundi hominis vanitati refellendæ, specimen heic vnicum laboris eius lectoribus, recto iudicio præditis, exhibeo; librum videlicet Xenophonteam, præcepta rei equestris explicantem, de sermone Græco in Latinum à me Taurini transcriptum. Bonorum hunc viro-
pareat; iure ne, an iniuria Stephanus ea, quæ
me inuito retinebat, pro rebus
pretii nullius habu-
erit.

X E N O .

Xenophon
quid
erant
cuius
quæ
nem
eo lu
maic
cimo
fenti
care
pact
circu
pus e
mi n
dum
pede
nulli
non
tur: i
des
mnia
des a
spicie
nitate
gend
quam
subli
nem,
sic cō
bus,
tantu
tos p
dem.
ter, a
hinc c
scen
quæ t
tamen
que n
solidi
ctura
dem c
cetare
agere
pe col
neque
dum
imple
dem c
quæ t
sur la

XENOPHONTIS DE RE EQVE-
STRI LIBER, EX INTERPRETATIO-
NE LEVNCLAVII PRIORE
TAVRINENSIS.



Xenophon
equestris
rei peritiss-
simus.

Simonis li-
ber de re e-
questri.
Simonis
et Xenop-
hontis pre-
cepta con-
uocata.

Emilio pul-
li.
Pulli ex-
ploratio.

Pedas.

Vngula.

Vngula so-
lida.

Ἰκνωπός
Græc.

Ossa ti-
biarum.

Genus.

VANDO QUIDEM EXCO, A
quod re equestrum diu no-
bis exercere contigit, vsum
eius aliquem adsequuti vi-
demur: lubet amicis iunio-
ribus indicare, qua futurum
ratione putemus, vt equos
rectissime tractent. Scripsit
quidem & Simo de re equestri, atque idem conse-
crauit equum aheneum Athenis in Eleusinio, ad
cuius basim ab se præstita effinxit. In eius libro
quæcumque reperimus sententiæ nostræ conue-
nientia, nequaquam ex his nostris delebimus; sed
eo lubentius cum amicis communicabimus, quo
maiorẽ illo quoque nomine fidem habitura du-
cimur, quod vir equestris rei peritus nobiscum con-
sentiat. Quæcumque idem prætermisit, nos indi-
care conabimur. Primum vero perscribemus, quo
pacto quis in equorum emtione quam minimam
circumueniatur. Itaque pulli adhuc indomiti cor-
pus explorandum esse, manifesto patet. Nam ani-
mi non admodum certa præbet indicia, qui nec-
dum conscenditur. At in ipso corpore primum
pedes inspiciendos dicimus. Sicut enim domus
nulli fuerit vsui, si superioribus egregie instructis,
non etiam fundamenta conuenientia subiiciantur:
ita nec equi bellatoris vsus fuerit vllus, si pe-
des vitiosos habeat, licet alia sint in eo præclara om-
nia. Nec enim vllis dotibus suis vti poterit. Pe-
des autem exploret quispiam, primum vngulas in-
spiciendo. Nam hæc spissæ longe tenuibus ad bo-
nitatem pedum præstant. Deinde nec illud negli-
gendum, sintne sublimes vngulæ tam anterioris,
quam posterioris; an depressæ vel humiles. Nam
sublimes longe a solo remotam habent restudi-
nem, quam vocant: quum depressæ vel humiles,
sic comparata sint, vt valgorum more tam firmiori-
bus, quam teneris pedum partibus in incessu vtan-
tatur. Etiam de vngularum sonitu bonis prædi-
tos pedibus agnoscere, tradit Simo; ac recte qui-
dem. Nam vngula concaua solo impacta, non ali-
ter, atque cymbalum aliquod, resonat. Et quoniam
hinc orsi sumus, indidem ad reliquum corpus ad-
scendendo progrediemur. Oportet igitur ossa,
quæ supra quidẽ vngulas existunt, infra et callos
tamen caninos, quos vocant, sese porrigunt, ne-
que nimis esse recta, veluti capræ, (quippè quum
solidiora sint, equitem succutiunt; & huiusmodi
crura citius etiam inflammantur) neque nimis ea-
dem depressa. Nam calli denudarentur, & exul-
cerarentur; siue per glebas, seu per lapides equus
ageretur. Ossa tibiæ spissa debent esse. Quip-
pe corporis hæc fulcra sunt. Non tamen venas,
neque carnes crassas habeant. Etenim alioquin,
dum in asperis locis equus agitur, hæc sanguine
impleri necesse sit, & callos existere; atque ipsa qui-
dem crura intamescere, cutem vero abscedere:
quæ si laxior sit, vsu venire sapius solet, vt etiam
sura laxata claudicat equus. Ceterum si genua pul-

lus in incessu molliter inflectat, existimare liceat,
itidem habiturum crura mollia, quum ad equita-
tionis vsu idoneus erit. Omnes enim, progressu
temporis, flexus genuum molliores consequun-
tur; qui sane non abs re probantur. Nam equus
huiusmodi minus & offendit, & fatigatur; quam
cruribus rigidis præditus. Femora sub scapulis si
crassa sint, & robore præstabunt, & elegantia; sic-
ut in virili quoque corpore. Pectus si paullo sit am-
plius, magis erit aptum; siue spectes venustatem,
seu robur; siue non per interualla, sed longo tem-
poris tractu mouentem crura velis equum. A pe-
ctore ceruix non vt verris, prona & præceps ena-
ta sit; sed ita recta tendat ad verticem, vt gallina-
cei: nihilominus in ipso flexu incurua. Caput os-
satum, patnas habeat maxillas. Sic enim fiet, vt e-
qui ceruix ante sellam sit; oculus ante pedes spe-
ctet. Nec item contumax esse possit equus huius-
modi, licet admodum sit animosus. Nam equi,
quoties esse contumaces volunt, non ceruicem &
caput inflectunt; sed extendunt. Considerandum
etiam, teneræ sint ambæ buccæ, necne; an harum
alterutra. Quippe quorum buccæ dissimiles sunt,
alterutra plerumque tractabiles dumtaxat euadunt.
Si exstantes habeat oculos, magis esse vide-
tur vigilax, quam si concauos; ac longiori ex inter-
uallo prospicere. Nares patulæ perspirabiliores
sunt compressis, & equo formam terribiliorem
præbent. Etenim quum vel equus equo succen-
set, vel in equitatione commouetur; nares magis
solito diducit. Vertex maior, & aures minutæ, spe-
ciem capitis equini magis honestam efficiunt. Ar-
morum eminentium sublimitas & sellam equiti-
tutiorẽ, & armis atque corpori firmiorem com-
pagem tribuit: eademque duplex simplici com-
modior est ad insidendum, & delectabilior ad-
spectu. Latera demissiora, ventrisque respectu
turgidiuscula, pariter efficiunt; vt equus & sedem
præbeat aptiorem, & robustior sit, & pabulo me-
lius fruatur. Lumbi quoque latiores & succinctiores
erunt, eo facilius partes equus anteriores adtol-
let, ac posteriores adtrahet. Eadem ratione fiet,
vt alius esse minime vasta videatur; quæ si magna
sit, partim deformat equum, partim debiliorem,
& minus oneri gestando reddit idoneum. Coxas
latas esse conuenit, & carnosas; vt lateribus & pe-
ctori respondeant. Quod si solida sint omnia, ma-
gis expeditus ad cursum, & acrior equus erit. Fe-
morum partes sub cauda si latiore linea discretas
habeat, sane fiet, vt crura posteriora longiore tra-
ctus interuallo collocet: quod ipsum efficiet, vt
incessus equi sub infessore terribilior sit, atque fir-
mior; & omnia seipsis meliora. Licet hoc vel ex
hominibus deprehendas. Nam quum aliquid de
terra tollere volunt, nemo non id potius cruribus
diuaticatis, quam compressis, facere conatur. Tes-
tes equus non magnos habere debet, quod in pul-
lo perspicere non potest. De posterioribus talis, si-
ue tibiis, & callis, & vngulis, eadem dicimus; quæ

Femora.

Pectus.

Ceruix.

Caput.

Buccæ.

Oculi.

Nares.

Vertex.

Aures.

Latera.

Lumbi.

Coxæ.

Femora.

sub cauda.

Testes.

de anterioribus. Labet etiam scribere, quibus indiciis de magnitudine coniecturam aliquis facere possit, ut minime fallatur. Nam cui pullo recēs in lucem edito præalta fuerint tibiæ, is maximus euadit. Omnium quippe quadrupedū ut tibiæ, progressu temporis, in magnitudinē non admodū crescunt: ita reliquū corpus ea sumit incrementa, quæ tibiis respōdeant. Atq; hoc modo qui pulli formā examinant, maxime nobis aliquē posse consequi videntur, qui & bonos habeat pedes, & robustus sit, & iusta carnis, habitudinis, staturæ, pportione præditus. Quod si maxime quidā in ipso mutantur incrementa, nihilo minus hac cōfidenter vtendum exploratione. Nam longe plures egregia corpora, quū initio turpes sint, adipiscuntur; quam fœdi de pulchris euadant. Ceterū quo pacto pulli tractādi sint, per scribendum nobis videtur. In vrbibus quidem equestris rei cura mandari solet iis, qui & copiis locupletissimi sunt, nec in parte reipublice postrema versantur. Longe vero satius est, tū adulescentem bonæ corporis constitutioni, ac rei equestri, vel hac iā percepta, eiusdem exercitiis operam dare, q̄ pullis domandis intentum esse; tum hominem a tate prouectiorē familiæ, amicorum, ciuiliū bellicarumq; rerū curam potius gerere, quā pullis tractādis occupari. Quod si quis de pullorū educatione mecū in eadem sententia est, haud dubie pullū domandum locabit. Sic tamen locandus erit, ut quasi quum puer alicuius artificij discendi causa magistro traditur, litteris ipse cōsignes, quibus reb. institutū pullum reddi tibi velis. Nam ista pullorū domitori pro indiciis erunt, quas ad res equum exercere debeat, si mercedē accipere velit. Id tamen ante curandū, ut pullus domitori iā assuetus, & tractabilis; & hominū amans tradatur. Etenim horū pleraq; domi a curatorib. suis discunt, si quidem hi cōsiderent, pullum etiā quiescētē eo posse peruenire, ut esuriat, & sitiāt, & iracūsus sit: at idem ut comedat, ut bibat, ut molestis a reb. liberetur, nō nisi per homines fieri posse. Quippe si hæc eis eueniāt, nō diligunt dumtaxat homines a pullis; verum etiā expeti necesse est. Præterea contrahendæ partes corporis, quas in primis equo incūdum est palpari. Sunt autē illæ, quæ pilos densissimos habent; & quib. si molesti quid accidat, equus ipse nullā ferre possit opē. Lubeatur quoq; curator ducere pullū per hominū turbam, & ad species omnigenas omnigenosq; strepitus admouere: quorū si qua pullus reformidet, nō sauiendo, sed mitigando demonstrari debet, res minime diras esse. Ac de pullorū quidē institutione sufficere mihi videtur, hæc imperito faciunda præscripsisse. Quū vero equum aliquis homini ferendo iam idoneum sibi cōparat, quas tenere cōmonefactiones debeat, ne in emtione decipiatur; litteris prodemus. Primum nō ignoret, quæ sit ætas equi. Nam qui dentes, quos indices vocant, nullos amplius habet; is neq; spē delectat, nec item distrahi facile potest. Quū certo de ætate cōstat, ignorari rursus nō debet, quo pacto frenum ore, lorū verticale circum aures admittat. Ea vero haudquaquā ignorari poterunt, si emtore spectante frenū immittatur; & eodē spectante eximatur. Secundū hæc animaduertendū, quū tergo sessorem accipiat. Nam, equi pleriq; difficulter admittuntur ea, quib. admissis, ad laborandum se coactum iri perspiciunt. Considerandum quoq; num conscensus, ab aliis equis digredi velit;

Indicia future magnitudinis.

Ut pulli tractandi.

Pullorum domitor.

Unde pullorum in homines amant.

Emtio equi.

Ætas unde cognoscenda.

an ad eos adstātes respectans sese deflectendo cōuertat. Sunt etiā nonnulli, qui propter educationē malam ex ipsis exercitiis equestrib. ad secessus domesticos aufugiunt. Altera dumtaxat maxilla tractabiles tū ea prodit equitatio, quam compedem vocāt, tū longe magis ipsius in equitatione cursus mutatio. Nam pleriq; deflectere nolunt ab instituto cursu, nisi maxilla contumax cū inflectione domū versus tendente cōueniat. Sciri quoq; debet, an equus laxatus ad celerē cursum, cito inhibeatur; & an reuerti velit. Expedi etiā non ignorari, nū ictu excitatus, eodem modo velit obtemperare. Nam famuli quidem, & exercitus immorigeri, nullus vsus fuerit: at equus inobediens non tantū inutilis est, verum etiā se penumero facit, quod proditor foret. Et quoniā equum bellatorē instituumus emere, periculum eorum omnium faciendum erit, quorum in bello periculum fieri solet. Ea sunt, transsilire fossas, muros superare, in prærupta euadere, de præruptis desilire. Periculū quoq; faciendum equitationis adcliuis, & decliuis, & obliquæ. Nam hæc omnia tum animum equi, num laborum tolerans; tum corpus, an sanum sit, explorant. Neq; tamē reici debet, qui nō valde insigniter hæc præstat. Etenim pleriq; non eo deficiunt, quod præstare nequeant, sed quod harum rerum rudes sint: quas si didicissent, & consuefacti essent, & exercuissent, egregie præstaret omnia; modo sani sint, minimeq; viciosi. A meticulosis quidem equis cauendum. Nam qui valde trepidi sunt, ut hostib. de se damnū dari non sinunt; ita se penumero sefforem quoq; frustrati, grauissimas in difficultates coniciunt. Cognoscendum etiā, num aliqua sit in equo vel aduersus equos, vel aduersus homines sauciā; numq; sit implacabilis. Nam istæc omnia dominis molestiā creare solent. Ceterum an frenū admittere, vel accipere sefforē detrectet equus, cū motibus aliis, multo magis etiā perspicere quispiā possit; si equo iam defatigato, rursus facere conetur, quæ ante equitationē fecerat. Quotquot sane laboribus semel obitis, alios deinde subire nō recusant; argumenta satis idonea tolerātis animi de se præbent. Ad summam, pedibus bonis præditus, & mitis, & satis ad cursum celer, & qui tum velit, tum possit sustinere labores, ac lubenter pareat; cū vero credi par est, minimum exhibiturum molestiæ, ac in primis equi salutis auctorem in reb. bellicis futurum. Quibus autem vel propter ignauiam frequēti opusest incitatione, vel propter animositatem nimiam frequenti blandimento, & operosa tractatione: hi & manibus equitis negotium faciunt, & in periculis animum perturbāt. Enimvero quum quis equum iam sibi probatum emerit, domumq; deduxerit; itabulum quidem ea parte domus esse conuenit, vbi dominus equum frequentissime sit conspecturus: nec minus vtile, sic equile structum esse, ut non magis equi pabulum de præsepi, quam domini cibus e penu subtrahi furto possit. In hoc qui negligens est, mihi quidem seipsum negligere videtur. Etenim manifestum est, dominum in periculis equo corpus suum credere. Neque dumtaxat habere prodest munitum equile propterea, ne furto pabulum auferatur: verum etiā quod statim deprehendatur, ab equo pabulum non egeri. Quod vbi quis animaduertet, vel os abundas humore, curationis indigere sciat, vel equū fatigatum, quietē poscere; vel

strepdyon-
901.
† πιδν.

Equi morigeri uisus.

Equus bellator.

Equus sa-
strixax &
meticulosus.

Dotes equi boni.

Stabulum equi.

Equi natura.

1148
vel
pere
ab in
negl
adm
da est
dibu
da, la
gul
ha
fol
deter
rum
Dein
vbi d
sepi,
bulu
optin
busti
libra
quin
ne di
in via
bulet
perin
pung
strati
Quer
deber
Eade
neru
nobis
ca cal
igitur
quis
vbi v
frequ
lorum
causa
ro ha
quam
equum
hoc e
cottic
faciat
opera
deber
dare,
ducat
ducit,
vt res
cultu
insid
gandu
mole
Et na
magis
string
incipi
tes ea
pore
strum
sita
pili nu
bus fr
tura
sellam

vel crithiasin, aliumue quempiam morbum surre-
 pere. Sunt autem vt in homine, sic etiam in equo,
 ab initio sanabilia omnia, quã vbi occalluerint,
 neglectique per errorem morbi fuerint. Quem-
 admodum vero pabuli & exercitiorũ equi geren-
 da est cura, quo robustum sit corpus: sic etiam pe-
 dibus adhibenda diligẽtia. Stabula quidem humi-
 da, læuiq; bonas etiam a natura corrumpunt vn-
 gulas. Oporteret vero, ne humida sint, defluxum
 habeant; neue sint læuia, lapides coniunctim de-
 fossos contineant, vngulis magnitudine respon-
 dẽtes. Nã ea stabula, præter indicatos vsus, equo-
 rum insisterium pedes quoq; solidiores efficiunt.
 Deinde curatoris erit, vt equum e stabulo educat,
 vbi desstringendus erit: & a prandio religet a præ-
 sepi, quo maiori cum voluptate vespertinũ ad pa-
 bulum accedat. Rursus vt stabulũ exterius quam-
 optime comparatum sit, & equi pedes reddat ro-
 bustiores; rotundorum lapidum in viis iacentium,
 librãq; pondus habentium, plaustra quatuor aut
 quinque passim substernat, & ferro constingat,
 ne dissiungantur. Super hos insisterendo, tamquam
 in via lapidea, semper aliquam diei partem obam-
 bulet. Neque vero fieri aliter potest, quin vngulis
 perinde vtatur, ac in incessu, siue desstringatur, seu
 pungatur. Ipsã præterea pedum testudines a sub-
 stratis hoc modo lapidibus solidiores redduntur.
 Quemadmodum autem vngularum haberi ratio
 debet, vt sint firmã: sic etiam oris, vt tenerum sit.
 Eadem vero res & hominis carnem, & os equi ten-
 nerum efficiunt. Ceterum & illud equestris viri
 nobis esse videtur, vt equorũ curatorem habeat,
 eã callentem, quã tractando sint equo. Primum
 igitur huic sciendum, numquam eius lori, quo e-
 quus ad præsepe ligatur, nodũ id loci faciendum;
 vbi verticale freni lorũ adplicatur. Quippe quum
 frequenter equus ad præsepe caput moueat, nisi
 lorum hoc absque noxa circumdatum sit auribus,
 causam huculceribus sæpenumero præbebit. Si ve-
 ro hæ partes exulcerentur, tam ad stenandum,
 quam desstringendum se difficiliorem vt præbeat
 equus, necesse est. Expedi etiam, curatori datum
 hoc esse negotij, vt equi steruus atque stramenta
 cottidie in vnum locum exportet. Etenim si hoc
 faciat, & ipse molestia facile liberabitur, & eadem
 opera commodum equo adferet. Sciendum vero,
 debere curatorem equo capistrum quoq; circum-
 dare, siue ad desstrictionem, seu ad volutabrum e-
 ducat. Immo semper, quoties equum sine freno
 ducit, capistro eũ constriquet. Quippe capistrum
 vt respirationem non impedit, ita mordendi fa-
 cultatem adimit; adeoq; circumdatum, equos ab
 insidiis faciundis reuocat. Etiam supra caput adli-
 gendus est equus. Nam quidquid tandem ob os
 molestum equo accidat, sursum iactare caput du-
 ctu naturã solet. Itaq; si caput sic adligatus iactet,
 magis laxat vincula, quam dirumpit. Quum de-
 stringit equum curator, a capite quidem, & a iuba
 incipiat; quod frustra purgẽtur inferiora, ni par-
 tes eã superiores mundã sint: deinde reliquo cor-
 pore cunctis ad detergẽdas sordes comparatis in-
 strumentis sic vtendum, vt erigantur pili, & pro-
 situ eorum naturali puluis excutiat. Spinã vero
 pili nullo tangendi sunt instrumento, sed mani-
 bus fricandi, mollioresque reddendi, prout a na-
 tura se inclinant. Sic enim hanc ipsam velut equi
 fellam minime curator læserit. Caput aqua debet

Pedes e-
quorũ cu-
randi.

Ostentũ.

Curatoris
equi offi-
cium.

Stercoris
expurga-
tio.

Capistrum
equi.

Adligandi
equi ratio.

Equi de-
stringitio.

Partes a-
qua eluen-
de.

A ablu. Quippe quum sit osseum, si ferro vel ligno
 purget, equum dolore adfecerit. Iuba quoq; an-
 terior humectanda est. Nam quum prolixiores hi
 pili sunt, vt equo cernendi facultatem non impe-
 diunt; ita repellunt ab oculis, quẽ molestiam crea-
 re possent. Deos quidem ipsos existimare con-
 uenit, equo pilos hosce dedisse, magnarum au-
 rium loco, quas asinis & mulis, ad oculos tuen-
 dos, concesserunt. Eluenda quoq; cauda cum iu-
 ba, quum omnino effici oporteat incrementa pi-
 lorum; cauda quidem, vt equus hanc quam lon-
 gissime porrigens, res molestas abigat; colli ve-
 ro, vt amplissimum conscendenti adminiculum
 præbeant. Quin etiam elegantia causa concessã
 sunt a diis equo tam colli, quam anteriores iu-
 bæ, cum cauda. Argumento est, quod equã
 gregales non perinde ad coitum asinos admit-
 tant, dum hæce comas integras habent. Ideoq; coi-
 tus causa rudent equas, quicumque cum eis asi-
 nos coire volunt. Ceterum elui crura nolumus.
 C Etenim vt nihil habet vtilitatis, sic noxia est vngu-
 lis humectatio crurum cottidiana. Nimia quoque
 sub aluo nonnunquã intermittẽda sordium ab-
 tersio. Nam hæc in primis equo dolorem adfert,
 & quãto mundiores eã partes fuerint, tanto plura
 molestiam equo parientia sub aluo sese colligunt.
 Immo tameri magnopere quis labore in his ex-
 purgandis, vix tamẽ educi potest equus, quin mox
 imundis sit similis. Quapropter hæc omittenda
 sunt. Crura quoque manibus ipsis desstringi, satis
 est. Indicabimus etiam, quo pacto quis cum mini-
 mo discrimine suo, & equi commodo maximo,
 desstringere possit. Quippe si eandem in partem
 cum equo spectans, crura detergat: erit in pericu-
 lo, ne tum genu, tum vngulam equus ori eius im-
 pingat. Sin aduersam in partem oculos dirigat, &
 inter abstergẽdum, extra crus ipsum, propter sca-
 pulam procumbens, defricet; nec mali quid ipse
 patietur, & vngulam equi aperiens, habere testu-
 dinis curã poterit. Eodem modo posteriora quo-
 que crura detergat. Scire vero debet is, qui pro-
 pter equum veritatur, tam hæc, quam alia, quã fi-
 eri debet, minime sic faciunda; vt vel in equum ad-
 uersum, vel auersum eatur. Nam si conetur im-
 probus esse, plus vtroque modo poterit equus,
 quam homo. Verum si quis a latere accedat, nul-
 lo cum discrimine suo equum tractare prolixè po-
 terit. Quum ducendus est equus, vt eum a tergo
 sequens ducas, propterea nõ probamus; quod qui
 ducit equum hoc modo, minime sibi ab eo cauere
 possit; quum equo maxima facultas sit, quidquid
 velit, agendi. Rursus equum sic condocetacere, vt
 ad longum lorum te præcedẽtem pone sequatur;
 has ob causas improbamus. Potest enim equus,
 in vtram partem velit, nocere: simulque potest ita
 se conuertere, vt aduersum sese ducenti obiciat.
 Et vero si plures equi hoc modo ducantur, quã fi-
 eri possit, vt a se inuicem abstineant? At equus a la-
 tere duci consuefactus, vt minime vel equis, vel
 hominibus nocere poterit, sic etiã aptissime com-
 paratus erit equiti, si quando conscensionem ce-
 lerem vsus postulet. Vt autem recte curator et-
 iam frenum immittat, primum ab equi latere sini-
 stro accedat; deinde habenas capiti circumiectas
 summis humeris imponat, & lorum verticale dex-
 tra sustollat, sinistra lupos admoueat. Quod si e-
 quus admittet, manifestum est, adplicanda esse

con-
sior, iuba
anterior.

Iuba cete-
rique pili
longioris.

Quomodo
ducendus
equus.

Immissio
freni.

freni lora. Sin os minime diducat, admoto dentibus freno, maior sinistra manus digitus equi maxillae inferendus erit. Nam plerique, si hoc fiat, os pandunt. At vero si ne sic quidem frenum admittat, propter eum dentem, qui caninus dicitur, labrum premat. Etenim perpauci frenum non admittunt, si hoc eis accidat. Sciat haec quoque curator. Primum, ne unquam ducat equum habentis. Hoc enim efficit, ut equi alterutra maxillarum intractabiles euadant. Deinde, quantum a maxillis frenum distare debeat. Nam frenum si nimis stringat maxillas, sic ori callum obducit, ut sensum omnem amittat. Idem si nimis ad extremum os usque demittatur, equo facultatem praebet, ut lupatum mordens, parere nolit. Et nequaquam equus huiusmodi rebus exacerbatus est, quum laborem subire debet. Quippe tantum in eo momenti situm est, ut equus frenum libenter accipiat; ut nulli sit prorsus vsui, qui non admittit. At vero si non solum frenetur, quum subiturus est laborem; verumetiam quum ad pabulum, & quum ex equitatione domum abducitur: non mirum erit, si sponte sua frenum oblatum attripiat. Expedi etiam, scire curatorem hominis in equum subleuandi rationem, more Persico: ut tum ipse dominus, si morbo debilitetur, aut aetas eius ingrauescat, hominem habeat, a quo facile in equum adtollatur; tum alteri, si cui velit, eiusdem opera gratificetur. Vnum hoc praecipuum ad equos, vnum hic mos optimus est; ut equus iracunde numquam tractetur. Nam ira nihil prouidet, ideoque lapenumero designat ea, quorum necesse est aliquem peniteat. Idem quum equus aliquid suspicando veritus, adire non vult quopiam: ostendendum est ei, nihil esse terribile, praesertim si equus sit animosus. Sin autem, contrectet eques ipse rem speciem terribilem, & leniter equum adducat. At qui verberibus cogunt, maiorem adhuc metum incuriunt. Putant enim equi, si quid molesti tunc eis accidat; id ipsum a rebus, quas suspectas habet, proficisci. Ceterum ubi curator equum tradit equiti consensuro, non improbamus id quidem, si possit equum ita summittere, quo facilis sit adscensus: sed ipsi tamen equiti putamus in hoc incumbendum exercitatione, ut vel equo se non praebente possit adscendere. Nam equus alias alius offertur, & idem curator alias alij feruit. Iam quum eques acceperit equum, ceu consensurus; quid agere debeat, ut in equestri re tam sibi, quam equo plurimum commodet, litteris deinceps complectemur. Primum ergo lorum ductorium, ab inferiore freni parte, vel ab anulo religatum, sinistra manu apteprehendet; ea quidem laxitate, ut nec ad conscendendum sese subleuans, arreptis propter aures pilis; nec de hasta subsiliens, equum retrahat. Inde dextra prehendat habenas, in summis humeris depositas; vna cum iuba: ne quoquo modo conscendens, os equi freno torqueat. Posteaquam sese ad conscensionem adleuarit, sinistra corpus libret, ac dextram porrigendo semet adtollat. Quippe si hoc modo conscendat, nec a tergo deforme spectaculum praebit. Et faciet haec inflexo erure, nec in equi spinam imponet genu; sed in dextrum latus tibiam transiciet. Vbi pedem iam circumegerit, tum deinde nates etiam in equum imponat. Sin eques forte sinistra ducat equum, dextra teneat hastam: vtile nobis esse videtur, ut etiam a latere dextro studeat in

Iracunde
tum equo
non agen-
dum.

Equi con-
scensio.

A equum insilire. Nec aliud sane quidquam heic discendum venit, quam quae dextris antea corporis partibus faciebat, ea nunc ut sinistris peragat: quaeque tunc sinistris, modo dextris faciat. Atque hanc conscendendi rationem propterea laudamus, quod simul atque conscenderit, mox omnino sit paratus, si forte subito cum hostibus sit dimicandum. Posteaquam siue nudo in equo, seu in ephippio consederit, non sessionem velut in curru laudamus; sed eam, quae cruribus diuaticatis equitae quasi erigit. Sic enim femoribus equi firmiter adhaerebit. Et erectus, si quidem vsus ita poscat, tum iacula validius emittere, tum ex equo ferire poterit. Debet etiam tibia cum pede remissius a genu demitti. Nam qui rigidum crus gerit, si quam in rem illud impigerit, mox fractum erit. At vero si fluxa sit tibia, tamen si aliquid in eam irruat, ita cedere poterit; ut femur haudquaquam loco moueatur. Propterea sui corporis eam partem vniuersam, quae supra coxas est, ita consuefacere debet eques; ut quam maxime sit agilis. Nam hoc modo magis ad agendum aliquid comparatus erit, & si quis eum detrahere, vel impellere volet, minus titubabit. Ceterum ubi resederit, primo consuefaciendus est equus, ut tantisper quietus sit; dum, si quid erit opus, eques adtraxerit, & habenas aequales reddiderit, & hastam ita sumserit, ut gestari quam aptissime possit. Deinde brachium sinistrum lateri ad moueat. Hoc enim modo pulcherrime compositus erit equus, & maximum manus ipsa robur habebit. Habenae laudamus eiusmodi, quae sint aequales; non fragiles, neque lubricae, neque crassae: ut hastam quoque, si sit opus, excipere manus ea possit. Quum equo significatum erit, ut progrediatur: pedentem id facere incipiat, quod in eo minimum perturbationis sit. Habenae, siquidem equus caput paullo demissius geret, manibus eques sursum teneat: Sin erectior fuerit, deorsum. Sic enim formam equi quam ornatissimam efficiet. Secundum haec si pergat equus incellu sibi a natura indito, absque vlla prorsus molestia laxabit corpus, & lubentissime se conferet ad virgae directae cursum. Et quoniam a laeva initium fieri, magis probatur; sic inde potissimum incipietur, si post conscensionem, equo dextrum ordiēte gressum, eques ei significet, ad virgam directam cursum esse. Quippe laeuum sublaturus, ab eo cursus initium faciet: quumque ad sinistram conuertetur, inflexionem quoque sic incipiet. Nam ita comparatus a natura est equus, ut si conuertatur ad dextram, a dextris initium faciat: sin ad sinistram, a sinistris. Equitationis id exercitium laudamus, quod *compedem vocant. Equos enim consuefacit, ut vtraque maxilla conuertantur. Prodest etiam, cursum equitationis mutari; ut ambae maxillae pariter ad equitationis vtrumque latus reddantur idoneae. Laudamus & porrectam in longum compedem potius, quam circularem. Hoc enim modo lubentius se conuertet equus, iam recti cursus latur: pariterque fiet, ut ad cursum directum, & ad inflexionem semet exerceat. Sunt et in conuersionibus equi retinendi: Quippe nec equo facile, nec tutum est, in illa cursus celeritate paullo momento semet inflectere: praesertim si pauitum sit, lubricumue solum. Quum equum inhibebit, ut eum freno quam minime in obliquum adiget; sic ipsemet cauebit inprimis, ne in obli-

Modus in
equo scien-
di.

Que iam
insidenti
facienda.

Habena.

Habenas
tenendi mo-
dus.

* videtur.

Equos con-
nerendi
modus.

Inhibendi
equi ratio.

Equorum
exercitia.

Vbi descen-
dendum
post exerci-
tia.

Ad quos
corpus e-
que ad-
iudicatio-
nem.

Ad trans-
flectendum
equum.

Cursum per
deliniam.

Perfari
Thracum
per delin-
iam cursum.

1151
in ob-
occa-
quan-
ne fa-
eum
quod
deno-
uerfu-
bere
quod
insti-
quod
te re-
conu-
rum
trum
inter-
tu, n-
rem
sequi-
erit p-
quam
dum
tam i-
Nam
ac ma-
nobis
repeti-
tione
re pol-
re deli-
ratione
dis om-
ducto-
ire: de-
tran-
culo-
non ip-
iam v-
lis opu-
tum v-
hunc
dum,
fas, pr-
iam fa-
simili-
deorsu-
omnia
re tam
cedet.
tando
ficiat
con-
habue-
cliuia
si gan-
mo sin-
Perfas
certan-
Graco
haec si-
primu-
rius ei-
tergiu-
bit. Ma-
rigat. S-
siliend

in obliquum propendat. Absque quo sit, leuam occasionem suffecturam sciat; vt humi tam ipse, quam equus procumbat. Posteaquam conuersione facta, directo prospiciet equus; ad celeritatem eum excitet. Quippe manifestum est, in pugnis quoque conuersiones vel persequendi, vel abicidendi causa fieri. Quapropter expedit, vt conuersus ad celeritate aduefiat. Vbi iam equus habere satis exercitij videbitur, vtile quoque fuerit, quiete recreatum subito summam ad celeritatem instigari; ab equis tamen auersum, non versus equos: ac rursus a celeri cursu, loco proximo quiete refici: quumque constiterit aliquandiu, denuo conuersum incitari. Nam manifesto patet, futurum aliquod aliquando tempus, quod horum vtrumque requirat. Quum descendendum erit, nec inter equos vniquam id fiat, nec in hominum cœtu, nec extra cursus equestris spatia: sed vbi laborem equus subire cogitur, ibidem & quietem consequitur. Et quia nonnumquam equo currédum erit per loca decliua, mótuosa, obliqua; nonnumquam transiliendum, nonnumquam exsiliendum, alicubi desiliendum: ad hæc profus omnia tam ipse, quam equus institui debet, & exerceri. Nam alter alterutrius hoc modo saluti consulat, ac maiori esse vsui videbitur. Si quis autem bis a nobis eadem dici putat, qui prius exposita nunc repetamus; non hæc bis dici sciat. Etenim in emitione periculum fieri iubebamus, an hæc præstare posset equus: nunc quemque dicimus institueret re debere suum, adeoque litteris prodemus, quare ratione sit instituendus. Debet enim equus, si rudis omnino sit equus transiliendi, prehensio loro ductorio deorsum abiecto, prior ipse fossam transire: deinde lorum adducendo, equum virgere, vt transiliat. Si nolit, cum flagello quispiam, vel baculo, verbera summis viribus inferat: quo fiet, vt non ipsum dumtaxat spatium transiliat; sed etiam ulterius, quam oporteret. Neque deinceps vllis opus erit verberibus, sed si quem a tergo tantum viderit accedentem, saltabit. Posteaquam in hunc modum consuefactus fuerit ad transiliendum, etiam equo conscenso pergendum ad fossas, primo minores, mox ampliores. Quumque iam saltaturus est, equus ei subdat calcaria. Consimili modo, quum eum consuefaciet, vt sursum deorsumue saltet; calcaribus feriat. Quippe si hæc omnia totius corporis impulsu faciat, cum maiore tam ipsius equi, quam sessoris securitate res succedet, quam si vel in transiliendo, vel sursum saltando, vel desiliendo, posteriori parte corporis deficiat. Ad decliua primum equus in solo molliore consuefaciendus est, ac tandem, quum eius vsum habuerit; multo libentius per decliua, quam ad decliua curret. Quod autem nonnulli metuunt, ne, si agantur equi per decliua, rumpant armos: animo sint otioso licet, præsertim vbi cognouerint, Persas & Odryas vniuersos, per decliua cursu certantes, equos non minus sanos habere, quam Græcos. Nec item omittemus, qualem equus ad hæc singula semet exhibere debeat. Etenim ad primum equi repente proruentis imperum, antequam ei procumbendum est. Nam minus hoc modo tergiuersabitur equus, sessorumue sursum iactabit. Mox quum equus a cursu reuocatur, semet erigat. Sic enim minus ipse quasiabitur. Quum transilienda est fossa, vel in locum adliuem pergen-

A dum: non malum fuerit, iubam arripere, ne simul equus & iniquitate loci, & freno grauetur. Versus decliua se relupinet equus, ne præceps tam ipse, quam equus, deorsum feratur. Rectum quoque fuerit, alias in aliis locis, modo longiores, modo breuiores decursus equestres institui. Nam minus & hæc ingrata sunt equo, quam si semper in eisdem locis, consimilique modo fiant equitationes. Et quoniam eum, qui omnimodo diuersis in locis equum citato cursu agit, necesse est eius recte tractandi peritum esse; nec minus, vt armis ex eo commode possit vti: nequaquam vituperanda venit rei equestris inter venandum exercitatio locis iis, quæ tum idonea sunt, tum feras habent. At vbi hæc desiderantur, bonum quoque fuerit exercitium, si ex conuento de duobus equitibus alter in equo per loca varia fugiat, hastamque auersam tenens sese subducatur; alter rotundis iaculis instructus, & hasta similem in modum facta, persequatur: ac sicubi fugientem adingat ex interuallo iaculis respondente, ista e in eum rotunda coniciatur, si intra ictum hastæ, feriat ira deprehensum. Bonum etiam, quum aliquando alter in alterum iruerit, tracto ad se aduersario, mox eundem ab se repente protrudere. Nam ad hominem ex equo deiciendum hoc pertinet. Faciet etiam is recte, qui trahitur, si equum abigat. Id enim faciens, citius trahentem deiecerit, quàm ipse ceciderit. Quod si aliquando contingat, vt dum castra castris obiciuntur, equites alteri aduersus alteros prodeant, & tum aduersarios persequantur ad hostilem vsque phalangem, tum ad suam vsque refugiant: heic etiam scire prodest, quam quidem diu quis haud procul a suis abest, recte ac tuto facturum, si equo inter primos conuerso, totis hostes viribus virgeat: verum vbi propius ad eos accesserit, equum in potestate retineat. Nam credi par est, eum hoc modo maximam habituram facultatem laedendi hostes, a quibus ipse vicissim laedi nequeat. Enimvero Dij concesserunt hominibus, vt ab homine, quæ fieri debeant, oratione doceantur. Eadem oratione constat equum doceri non posse. Verum si vicissim ei rem gratam feceris, vbi quid ipse tui ex animi sententia peregerit; ac rursus, quum in obædiens fuerit, castigaueris: hac in primis ratione didicerit in iis obsequi, quæ fieri oporteat. Ac breue quidem istud est dictu, sed per vniuersam sese rem equestrem porrigit. Nam frenum equus accipiet libentius, si eo admissio, commodi quidpiam subsequatur. Idem & transiliet, & saltabit sursum, & in omnibus aliis obsequetur; si, quum imperata fecerit, aliquam quietem expectabit. Et hæc tenus quidem exposuimus, qui fieri possit, vt minime circumueniatur, qui pullum & equum emittit; eundemque tractando, minime corumpat: præsertim si exhibendus sit equus, iis dotibus præditus, quas equus ad pugnam desiderat. Opportunum vero fortasse fuerit, hoc quoque pericribi; si cui contingat animosiore vti equo, vel ignauiore, quam oporteat: quonam modo possit vtroque rectissime vti. Primum ergo sciendum, id animum in equo esse, quod ira sit in homine. Quæ admodum igitur hominem minime quis ad iram commoueat, si neque verbis proferat aliquid rei molestæ, neque faciat: ita nec equum animosum iritabit vlllo modo, qui eum non læserit. Ac statim quidem in ipsa consensione danda est opera, vt

Equorum exercitia.

Vbi descendendum potest exercitia.

Ad quos cursus equus ad iusticiam dicitur.

Ad transiliendum assuefactio.

Cursus per decliua.

Persarum Thracum per decliua cursus.

Equitationum modi & loca mutanda.

Exercitia equestria venationum.

Pugne sine mulacra.

Homines oratione, Equi docendi gratificando & castigando.

Animus qui.

Quomodo tractandi equi animosi.

in ascendendo nulla quis equum adficiat molestia. Postea vero, quam conscenderit; equo longius ad temporis spatium subsistere iusso, quam fieri ceteroquin soleat, ita deinde placidissimis signis eum promoueat. Hinc ab incessu lentissimo primordia capiens, ad celeriore m earatione perducet; ut equus ipse minime sentiat, incitatio re se motu progredi. Si quid equo repente velit imperare, sciat equum animosum repentinis rebus haud aliter perturbari; ac soleat homo, qui repente aliquid vel adspexit, vel audiuit, vel sensit. Quod si pergentem celerius equum animosum a progressionis impetu reuocare uolueris, non cum subito retrahere debes, sed placide frenum adducens, ut consistat, non cogedo, sed mitigado efficies. Prolixis etiam agitationibus mansuetiores euadunt equi, quam crebris conuersionibus: eademque si placide conficiantur, equum animosum longiore spatio demulcent ac mitigant, sine vlla concitatione. Si quis autem existimat, equum se mire m redditurum, si eum celeri & prolixa equitatione fatiget: contrarium statuit ei, quod consentaneum est. In talibus enim vim adhibere nititur equus animosus, & in hac ira, instar hominis iracundi, saepenumero se ipsum & equitem grauissimis malis adficit. Retrahendus etiam equus animosus a velocissimo cursu, nec vlllo modo permittendum, ut propter alium equum ad certamen adigatur. Nam fere qui maxime contentiosi sunt, ferocissimi euadunt. Laeua quoque frena his aptiora, quam aspera. Si tamen & asperum immittatur, efficiendum erit laxitate, ut laeui simile videatur. Expedi etiam, ut aliquis sese consuefaciat in primis ad insidendum equo feroci, absque corporis motu; atque ut equum alia parte nequaquam attingat, quam quibus partibus eum tutioris infessus causa contingimus. Sciri autem debet hoc quoque preceptum, * compressorum quidem labiorum sono equos mitigari: † clocitatione vero excitari. At si quis ab initio post clocitationem gratiora, post editum ore compresso sonum molesta quaedam exhibeat: sic consuefiet equus, ut ad oris compressi sonum excitetur, clocitatione mitigetur. Eadem igitur ratione tam ad clamores, quam ad tubae sonitum, sic accedere debes; ut nequaquam equo speciem perturbati praebas, nec eidem turbulenti quiddam offeras. Immo quantum eius fieri poterit, & quiesces id temporis, & matutina vespertinaeque pabula, si quidem id fieri liceat, offeres. Optimum vero consilium hoc fuerit, ne quis equum nimis ferocem ad bellum sibi comparet. De

Nihil repente imperandum equis animosis.

Equi cavenda iracundia.

Animosum equum vna frena.

** πονηρὸς ὁ μὲν ἔστι. † ἡ δὲ κλάση ἔστι.*

Equus nimis ferocis bello inutilis.

Ut equus sit spectabilis, quid agendum.

Os equi sursum trahere. Calcaria & flagella inutilia.

A si quis equum ita condocerit, ut laxiore freno incedat, & ceruicem ad tollat, & eandem mox a capite recuruet: is facile ab eo impetrabit, ut faciat, quae ceteroquin cum voluptate, & quidem exultans facit. Equum autem ista cum voluptate facere, hoc intelligi argumento potest. Mox enim, quum ad alios equos accesserit, ac praesertim ad equas; sublimem admodum ceruicem gerit, & maxime caput, truci cum ad spectu, incuruat: crura mollius ad tollit, caudam sursum porrigit. Quam obrem quum equum ad ea praestanda perducit, quae ipsemet equus effringendo representat, quoties pulcherrimum sese spectandum exhibet: is nimirum efficiet, ut cum voluptate incedat equus, & magnificentiam praeseferat, & terribilis sit, & spectabilis. Quae sane quonam modo putemus effici posse, nunc commemorare conabimur. Primum ergo non pauciora duobus habere frena conuenit. Eorum alterum laeue sit, & rotulas habeat grandiores; alterum rotulas graues ac depressas, cum echinis acutioribus: ut quum hoc prehenderit, asperitatem moleste ferendo, dimittat; quum vicissim laeuius illud acceperit, voluptatem ex eius laeuitate percipiat, & prorsus eadem immisso laeui praeter, ad quae praestanda freno asperiori adiuuatus erat. Sin laeuitate contempra, frequenter in ipsum frenum incumbere velit: non abs re maiores addimus laeui rotulas, ut dum per eas os pandere cogitur, lupatum admittat. Potest etiam frenum asperius variari tum implicando, tum extendendo. Quotquot autem frena fuerint, omnia mollia sunt. Quippe rigidum quacumque parte prehenderit equus, totum maxillis tenet; quem admodum si verum quispiam quacumque sui parte prehenderit, totum sustollit. Alterum vero non aliter, atque catena, qua parte tenetur, ea sola non flectitur; quum reliquum pensile sit, atque id loco cedens, dum semper in ore caprat equus; lupatum a maxillis dimittit. Eam ob causam in medio quoque de ipsis axibus anuli suspendi solent, ut hos lingua dentibusque prensans, frenum maxillis corripere negligat. Quod si quispiam ignorat, quidnam mollicies, quidue rigiditas freni sit; hoc ipsum quoque perscribemus. Est enim molle, quum axes commilluras ita lasas ac laeues habent, ut facile flecti possint. Adeoque omnia, quae axibus circumponuntur, si patula sint, & non condensata, pro mollibus haberi debent. Si vero quaelibet freni partes difficulter & disungantur, & vicissim in se redeant: hoc scilicet est, frenum esse rigidum.

Equi ad equas accedentis species.

Frena duo.

Frena sunt mollia, non rigida.

Quod frenum molle, quod rigidum.

Oris impulsio.

Ut equi maxime a seipsis excitentur.

C Quaecumque vero sit, cuncta quidem haec cum eo praestari oportet, si talem quis equum exhibere velit, qualem diximus. Os equi sursum impellendum, neque nimis duriter, ut caput sursum iacet; neque nimis remisse, ut non sentiat. Posteaquam excitatus hoc impulsu, ceruicem ad tollit: mox frenum ei remittendum, atque in rebus etiam ceteris, quemadmodum perpetuo monemus, sicubi recte obsequatur equus, vicissim ei gratificandum. Vbi quis equum animaduertet delectari tum ceruicis elatione, tum illa laxitate: nihil ei molesti exhibebit, quasi ad subeundum laborem cogere velit: sed ita demulcebit, quasi si quietem ei sit concessurus. Sic enim animo confidentissimo ad agitationem celerem accedet. Ac delectari celeritate cursus equum, hoc argumento est. Quippe si fuga euaserit, non pederentim

E lingua dentibusque prensans, frenum maxillis corripere negligat. Quod si quispiam ignorat, quidnam mollicies, quidue rigiditas freni sit; hoc ipsum quoque perscribemus. Est enim molle, quum axes commilluras ita lasas ac laeues habent, ut facile flecti possint. Adeoque omnia, quae axibus circumponuntur, si patula sint, & non condensata, pro mollibus haberi debent. Si vero quaelibet freni partes difficulter & disungantur, & vicissim in se redeant: hoc scilicet est, frenum esse rigidum.

F Quaecumque vero sit, cuncta quidem haec cum eo praestari oportet, si talem quis equum exhibere velit, qualem diximus. Os equi sursum impellendum, neque nimis duriter, ut caput sursum iacet; neque nimis remisse, ut non sentiat. Posteaquam excitatus hoc impulsu, ceruicem ad tollit: mox frenum ei remittendum, atque in rebus etiam ceteris, quemadmodum perpetuo monemus, sicubi recte obsequatur equus, vicissim ei gratificandum. Vbi quis equum animaduertet delectari tum ceruicis elatione, tum illa laxitate: nihil ei molesti exhibebit, quasi ad subeundum laborem cogere velit: sed ita demulcebit, quasi si quietem ei sit concessurus. Sic enim animo confidentissimo ad agitationem celerem accedet. Ac delectari celeritate cursus equum, hoc argumento est. Quippe si fuga euaserit, non pederentim

pergit,

1156
pergit
est, v
gat v
modu
lud si
rum v
rit ad
exerc
mai
ad
gnu
pressu
citatu
ra ven
tamen
crura
hunc
gaudi
tum p
que m
sentat
pre se
libera
& ani
cundu
qui for
to. Si
gendi
abs qu
magna
Quo
mollia
nime
succin
heic di
existi
ribus
ra pote
tem fr
riorib
erigit
denda
ei rem
ma pra
torum
nulli,
dum p
liquen
rare in
ptum
cumq
petu
Nam o
quoqu
decora
stimul
corum
homo
dotes
bet eq
si etia
copios
met er
trahat
ceps a
in equ
quitan

Nihil vltimum a- gendum.

pergit, sed currit. Sic enim a natura comparatus A est, vt voluptatem hinc capiat; nisi quis forte cogat vltra, quam commodum sit, currere. Quod si modum aliquid superet, quidcumque tandem illud sit, nec equo, nec homini gratum erit. Ceterum vbi cum splendore quodam productus fuerit ad decurrendum, par est credi, sic eum priori exercitatione consuefactum, vt post inflexiones maiore cum impetu proruat. Verum si quis equo ad hoc instituto, pariter & frenum adducat, & signum quoddam instigationis edat: freno quidem B pressus at instigationis imperio concitatur. Ac pectus quidem antequam protedit, crura vero prae iracundia sustollit altius, non mollia tamen. Nequaquam enim excaescentes equi crura magis habent mollia. Si vero quis equo in hunc modum excitato, frenum remittat; ibi prae gaudio, quod respectu laxitatis lupato se liberatum putet, specie quadam exultabunda, cruribusque mollibus superbiens fertur, omnino representans eam venustatem, quam erga equos alios C prae se ferre solet. Ac talem qui spectant equum, & liberalem adpellant, & spontaneum, & equestrem, & animosum, & superbum, ad spectuque tam iucundum, quam trucem. Et haec tenus quidem illis, qui fortassis ea desiderabunt, haec perscripta sunt. Si quis autem equo ad pompam idoneo, & erigendi se perito, & splendido velit uti: sciat, non abs quouis equo posse talia praestari; sed requiri, vt magnus in tali sit animus, cum corpore valido. Quod autem plerique putant eum, cui crura sint D mollia, corpus etiam posse facilius ad tollere, minime sic comparatum est: sed potius, qui molles, succinctos, validos lumbos habet, (& lumbos haec dico, non caudam versus porrectos, sed qui existunt inter latera & coxas, ad ilia: (sub anterioribus non exiguo spatio collocare posteriora crura poterit. Si quis igitur equum pedes ita subiicientem freno sursum impulserit, partibus ille posterioribus in talos sese flectit, & corpus antequam sic erigit; vt e regione consistentes & aluum, & E pendenda conspiciant. Quae sane quum facit, frenum ei remittendum erit: vt quae ab equo pulcherrima praestantur, ea tum faciat lubens, tum spectatorum iudicio facere videatur. Sunt quidem nonnulli, qui equos ad haec quoque consuefaciunt; dum partim eos virga sub talos feriunt, partim aliquem ad latus currentem baculo femora verberare iubent. Verum nos optimum hoc esse preceptum arbitramur, vt, quod semper dicimus, vbi cumque voluntati equitis paruierit; vicissim id perpetuo sequatur, vt equo requiescendi copia fiat. Nam quae per coactionem facit equus, vt Simo quoque tradit, ea neque nouit ipse, neque magis decora sunt; quam si quis histrionem flagris, atque stimulis excitet. Quippe multo plura praeter decorum, quam cum laude faciet, tum equus, tum homo; cui quid eiusmodi contingeret. Proinde qui dotes omnino pulcherrimas & splendidissimas habet equus, eas signis datis exhibere debet. Quod si etiam tum, quum exercetur, ad sudorem vsque copiosum ageret; quum vero, quam honeste semet exerit, statim descensio fiat, & frenum detrahatur: omnino futurum sciri debet, vt deinceps ad erigendum sese non inuitus accedat. Atque in equis huiusmodi sane tam Dij, quam heroes equitantes pingi solent: & homines, qui eis dextre

Equum potius.

Equi generosi non cogendi.

vtuntur, magnificentiam quamdam prae se ferunt. Et vero is equus, qui semet erigit, tantopere siue pulchrum quiddam est, seu admirabile, seu suspiciendum: vt oculos omnium spectatorum, tam iuuenum, quam senum, in se coniectos detineat. Nemo quidem certo vel ab eo discedit, vel spectando defatigatur, dum praeclaram hanc ille speciem suam exhibet. Ceterum si cui talem equum habenti vsuueniat, vt vel tribui cum imperio praesit, vel equum magister fiat: illi non in hoc erit incumbendum, vt ipse solus sit splendidus; sed multo magis vt vniuersum agmen, quod eum sequitur, spectatu dignum adpareat. Quamobrem si, quod in equis eiusmodi maxime laudatur, praecedat equus quispiam, qui corpus ad insignem altitudinem motu creberrimo sustollens, lente tamen admodum progrediatur: nimirum eueniet, vt equi ceteri pedetentim hunc sequantur. Ex hoc autem spectaculo quid consequi splendidum possit? Sin equo concitato, neque nimis celeriter, neque nimis tarde praecedat; sed ea ratione qua equi maxime fiunt alacres, & truces, & speciem ad laborem obeundum maxime decentem induunt: tum vero necesse est, vt ingens strepitus, ingens equorum hinnitus, & narium flatus adsit. Ideoque non ipse tantummodo, sed vniuersus etiam comitatus haud abs re spectabilis erit. Enimvero si quis equum feliciter emerit, & sic educet, vt labores sustinere possit, & eodem recte utatur in exercitiis ad rem militarem consuefacientibus, in equitationibus ostentationis causa comparatis, in certaminibus denique bellicis: quid huic impedimento sit, quo minus equos maioris efficiat pretij, quam eos acceperit; neque dumtaxat equos bonitate celebres habeat, verum etiam ipse propter equestris rei cognitionem in ore sit omnibus, nisi diuina quaedam vis obstat? Placet etiam perscribere, quoniam modo armatus esse debeat, qui aliquod in equo periculum sit aditurus. Primum dicimus, debere lorica sic esse factam; vt corpori respondeat. Apram quidem hanc, corpus ipsum gestat; nimis vero laxam, humeri soli ferunt. Sin valde sit angusta, non armatura, sed carcer est. Et quia ceruix quoque de partium illarum numero est, quae letaliter peruntur; dicimus huic etiam tegumentum ex ipsa lorica se porrigens, esse conficiendum, quod ceruici respondeat. Id enim tum ornamento erit, tum si recte fabricatum sit, equitis ipsius faciem ad nares vsque, quum ita libuerit, excipiet. Galeam ducimus optimam, quae Bœotij F sit operis. Haec enim maxime tegit, quidquid extra lorica eminent; nec prospectum impedit. Ipsa lorica sic fabricata sit, ne vel sessioni, vel inclinationi sit impedimento. Ad inguen & pudenda, & vicinas vndique partes, tales ac tot pinnae sunt; vt istae membra tegant. Et quoniam sinistra quoque manus inutilem reddit equitem, si laesa fuerit: inuentam & huic probamus armaturam, quam manum vocant. Nam & humerum haec obtegit, & brachium, & cubitum, & quidquid habenis est contiguum: eademque tum extendi, tum contrahi flexu suo potest. Praeterea partem illam sub alis, qua lorica deficit, tegit. Dextram sustolli necesse est, siue quis telum emittere, siue plagam inferre velit. Quapropter auferri debet a lorica, quidquid haec impedimento futurum est: eiusque loco pinnae in nexibus adplicatiles sint, quae cum

Quanti sit equus erigendi se peritum.

adans- Phalaena- sis.

Equitis armatura.

Thorax qualis esse debeat, Tegumentum ceruicis.

Galea.

Chirotheca sinistra.

manu exporrecta similiter & ipsa explicetur, cum
 reducta, claudantur. Quod brachio instar ocreæ
 solet apponi, rectius ita nobis suffecturum vide-
 tur; quam si ad ipsam armaturam sit religatum.
 Pars dextra, quæ hac sublata nudatur, iuxta lori-
 cam munienda vel lotoo, vel æreo integumento:
 absque quo sit, periculosissima sui parte præsidij
 nihil habebit. Quia vero si quid equo mali acci-
 dat, eques ipse totius periculi sit participans: necesse
 est equum etiam frontis, & pectoris, & laterum
 integumentis armari. Simul enim hæc femora-
 lium equiti vicem præstant. Omnium vero ma-
 xime tegenda equi sunt ilia, quod eorum, cetero-
 quin etiam tenerrimorum, valde letalia sint vul-
 nera. Possunt autem ephippio regi. Debet illud
 etiam lorum, quod ephippium constringit & con-
 tinet, sic esse consutum: ut tutius eques ipse se-
 deat, & equi tamen sella non lædatur. Ac partibus
 quidem ceteris hæc tam equi, quam equitis arma-
 tura fuerit. Tibias vero, ac pedes, consentaneum
 est extra femoralia propendere: quibus sua non
 deerit armatura, si ocreæ de corio factæ fuerint,
 ex quo soleæ conficiuntur. Sic enim pariter & ti-
 bias armabunt, & calceorum loco pedibus erunt.
 Et hæc quidem arma sunt, quæ nos ita muniunt;
 modo Deos propitios habeamus, ut non lædamur.
 Verum ad hostes lædendos, potius machæra nobis,
 quam ensis, probatur. Nam quum eques in
 sublimi sit, maior vis erit in plaga copidis, quam
 ensis. Hastæ pericalis loco, quum ea fragilis sit,
 nec commode gestetur, potius corneas tragulas
 duas probamus. Nam harum alteram peritus e-
 ques eiaculari, altera sic uti potest, ut eam vel in
 aduersum, vel ad latera, vel a tergo contorqueat.
 Præterea firmiores sunt, quam hasta, magisque
 portatiles. Eiaculationem teli probamus eam, quæ
 longissimo fit spacio. Sic enim tempus ipsum magis
 permittit, ut temet auertas, aliudque telum sum-
 mas. Paucis etiam perscribemus, quamnam optima
 sit emittendi teli ratio. Quippe si quis partes
 læuas antè protendens, dextras autem redu-
 cens, ex ipsis femoribus semet erigendo, cuspidem
 nonnihil arrectam emiserit: omnino fiet, ut im-
 petu vehementissimo, longissimeque telum feratur:
 atque idem rectissime feriet, si dum emittitur,
 ipsa cuspis scopum semper spectet. Atque hæc
 quidem equiti vulgari a nobis monumenta, præ-
 ceptiones, exercitia, præscripta sunt. Quæ au-
 tem scire par sit, & facere magistrum
 equitum; alio libro est
 declaratum.

EXPLICIT LIBER
 de re equestri.

ADPENDICIS XENOPHONTEÆ FINIS.

INDEX

A Habes iam, Xenophontis studiose lector, spe-
 cimen interpretationis a me factæ Taurini,
 quum in aula Ducis Allobrogum Emanuëlis Phi-
 liberti, & Caroli Emanuelis, filij, patre rebus hu-
 manis exempto, fere biennium degerem; ab illu-
 stri Barone, fortissimoque militum duce Suen-
 dio, ad eos principes missus. Arbitrium ego tutum
 non recuso, quin libere statuas, ecquam si Ste-
 phanus causam iustam habuerit, cur laborem
 meum, animo liberali, absque vilo pretio, cum
 sola cædi condicione sibi oblatum, tot annis hæc
 ipsa condicione non impleta, mihi non restitue-
 ret; ac nihilo minus ad alios mirari se diceret, a
 me rem nullius momenti etiam auctore prætorè
 repeti, de qua certo adfirmare non posset, incen-
 dione domus suæ, quam habebat in Allobrogum
 metropoli, a direptione prædij bello nupero Al-
 lobrogico perisset. Pudet hos referre prætextus
 hominis putidos, sed ipsum non puduit eis inni-
 ti; donec effugiis omnibus frustra tentatis, se causam
 casurum videns, non sine diuino miraculo (re-
 ferendo scilicet ad Apologiam ipsius Herodotæ) inuen-
 tum ab se librum profiteretur, quem amissum
 existimasset. Credo sane, prodigioso figmen-
 to id repertum ab eo fuisse; quod nusquam periis-
 se norat, adeoque secum habebat, ut multorum
 est opinio. Causas facti ceteras non excutio. Sal-
 tim hoc manifesto paret, ferre hominem animo
 æquo non potuisse, quod vnus aliquis nationis e-
 ius, a qua confici versiones hypocæusticas scripsit,
 ut lectorum molestias in conferendis interpre-
 tum plurium verbis, & eorumdem ab ipso Ste-
 phano profectis castigationibus, labore suo sub-
 leuaret, Xenophontem integrum adgredi lucu-
 bratione noua esset ausus, cum censurarum H.
 Stephani dispendio in tot Xenophontis interpre-
 res, magnos plerosque viros, & famosos; Philel-
 phos, Amasæos, Pircameros, Camerarios, Bessa-
 riones, Ribittos, Leonicenos, Gabrielios, ceteros.
 Hinc illæ lacrimæ. ne quid dicam de molestia,
 quæ ex præceptis alterius industria nonnullis sen-
 tit, quibus schediasmata sua vere tumultuaria far-
 cire iam dudum cogitauerat. Ego Xenophonteam
 hanc lucubrationem tentatam in adulescentia,
 nonnihil expolitam ætate virili, nunc maturiore
 iudicio recensitam, quod ut aliquando fieret, o-
 ptavi sæpe mihi euenire diuinitus, & vsui & cen-
 suris omnium exhibeo. Si quis hinc fructus ad
 litterarum Græcarum studiosos redibit, voti
 reus debitus æterno numini gratias agam. De
 maleuolorum calumniis, οὐ φρονίς ἰσχυρο-
 κείδη. Non verbis, sed reabs-
 tuendæ sibi veritas
 sufficit.

Brachij
 tegumentum.

Equi frõ-
 talia, pe-
 ctoralia,
 lateralia.

Tibiarum
 equitis &
 pedum te-
 gumenta.

Arma of-
 fendendis
 hostibus.

Eiaculari
 ratio.

1160
 33
 A
 C
 affert,
 etorita
 emen
 Henri
 Sch
 At in t
 scholi
 à 78
 Iden
 ad h
 Gen, 10
 pag. 17
 tem p
 eq. It
 quod
 hæc su
 Qu
 dens m
 sensum
 m
 post,
 M
 bere n
 bit ac
 loct
 & secu
 bis fide
 Quare
 O
 legend
 que le
 hoc sal
 uis aut
 ro iam
 & m
 cundi
 sic etiã
 verò m
 mi